

adl. 2

GENEALOGIA ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ SAC.

ROM. IMP. COMITUM

De

G ALLENBERG.

Ex antiquis Chartophylacijs & Schediasmatis
studiosè collecta.

^{ET}
HONORI ILLUSTRISSIMI DOMINI S.R.I. COMITIS,
^{ET} DOMINI DOMINI

G E O R G I J SIGISMUNDI

^A G ALLENBERG,

In Thurn, Rossegkh, & Gallenstein, Illustris Domini in Ainëdt, Hæreditarij Advocati Cœnobij Münckhendorffensis, Sac. Cæf. Maj. actualis Camerarij, Inclytæ Provinciæ Carnioliae secundùm Deputati, Provincialium & Aulicorum Judiciorum Assessoris, &c.

luci datæ dicatæ.

A. J. L. S. SS. T. D. P. A.



LABACI, Typis Joannis Baptiste Mayr, Inclytæ Provinciæ Carnioliae Typographi, Anno Christi M. DC. LXXX.

~~MANUSCRIPT~~
MUTING'S GRAM

GALLERIE

IN=030005916



PROOE MIUM.

Quidquid in humanis magnum est laiquando parvum fuit, tota natura incipit ab imperfectis, ut incremento sit locus. Nobiles familiæ vti arbores à parvis radicibus ad sublimes consurgunt apices, neque ullæ, quas in altis honorum saltigijs veneramur, cum ipso mundo sunt natæ. Nihil repente summum est : hoc certum : quando verò singulæ in altum succrescere cœperint, id incertum, & earum investigare origines sæpè Sisyphi laborem excedit. Divinare tamen licet, & agere Oedipum, cum incuria vetustas sphingem agit, & communis per veterum memoriam famæ transmissæ subscribere.

De Illustrissima Gallenbergica familia securè pronuntio ; illam esse (tametsi origo lateat) vnam ex antiquissimis, & nobilissimis patriæ nostræ ornamentis, cui multæ suppares, raræ superiores.

§. I.

De nomine.

Nomen Gallenbergicum non à Galatis vel Gallis populis, quos aliquando patriæ nostræ inquilinos fuissent in Chronologia Carnioliae ostendo, sed à monte potius. Cetio antiquis noto, qui à Germanis Callenberg, & Galenberg, vti Lazio placet, fluxisse reor. Hujus enim montis Cetij initium ad ripam Danubij proximè ad Viennam Austriae reponunt veteres Cosmographi, & hodieque Germanum nouen servat diciturque Calenberg vel Gallenberg prout Lazius scripsit. Ejus verba sunt : *Constat Cetium montem in Danubium usque promontorium demissæ, quod hodie à veteribus Gulatis incolis Galenbergum nominatur : in cuius vertice desolatum castrum cernitur Divi quondam Lupoldi Austriae Marchionis Regia &c.* Et alibi rursum supersunt abduc, inquit, *cum apud Hungaros in Pannoniis, tum apud nos Austriacos in Norico Ripensi montes Galata, & Galenberg appellati, qui veterum nobis incolarum suggerrunt memoriam &c.* In Norico Ripensi intelligit montem Galenberg, ab antiquis dictum Cetium, qui vti dictum ad ripam Danubij incipit propè Viennam, & terminatur ad ripam Savi, opinione Philippi Cluverij proximè ad Celeiam, vbi

Laz Com.
Reip. Rom. 14
12. feb. 7. c.
8.

Idem Laz de
Migra. gent.
1. 2. f. 45.

Phil. Cluv.
in Antiq.
Saana Germ.


Saana & Savus confluunt, meā verò opinione ad einsdem Savi ripam prope Labacum, vbi etiamnum mons appellationem servat, & vocatur Gallenberg similis omnino illi alteri Viennensi. Ab hoc itaque monte continuato per plura juga licet modicè interrupta, & si non Labacum usque saltem Celeiam protenso, videtur traxisse nomen suum Arx Gallenbergia in Carniola Inferiore non procul Celeia, nec procul à ripa Savi construēta, & ab arce ejus primi possessores Domini à Gallenberg. Hæc de nomine.

§. II.

De Origine prosapiæ.

ORIGINEM Gallenbergicæ familiae candem esse cum Scharffenbergica multa sunt argumenta. Nam primo est de hoc antiqua traditio & per plura secula continuata fama, cui multum in similibus rebus aliunde obscuris tribuitur. 2. Idem Suadet Dominorum utriusque familiae vicinitas Schärfenberg, Gallenberg, Sibenegg omnia in eodem districto non procul à Savi ripa. 3. amplissima horum dominorum jurisdictio longè latèque extensa, & nullius alterius dominij jure permixta, quod arguit vñjus ejusdemque familiae omnia illa bona olim fuisse: quia scilicet crescente personarum numero pluribus opus erat domicilijs, hinc plura in eodem territorio constructa. 4. solidius adhuc argumentum præbent Insignia, eadem prorsus antiquitus ab utraque familia usurpata, quæ deinde sensim multiplicatis generationibus, vna cum nominibus cæperunt variari. Gallenbergicum quo hodie utuntur DD. Comites à Gallenberg ipsa sua simplicitate sapit antiquitatem, huic affine est heptangulare, sive quod in tres quasi pyramides consurgens septem effecit angulos, & sonat Germanicè Sibenegg, quæ fuit olim tertia familia ejusdem radicis. Accesit deinde tertium cum avibus triplici pyramidalicon insidentibus: demum Corona Regia in campo cæruleo, ex accidenti, & occasione infra insinuanda assumpta. Primo vñ sunt tam Gallenbergij, quam antiquitus Scherffenbergij, vti ego ipse vidi in originali Sigillo: altero etiam vñ sunt præter Sibeneggios ante 400. annos extinctos, tam Gallenbergij quam Scherffenbergij, cujusmodi adhuc extant utriusque nominis vetusta Sigilla. Tertio quantum scio, vñ sunt soli Scherffenbergij: & quarto similiter illorum vñus ramus, qui reliquis extinctis adhuc supereft, & servat vetus Insigne Coronæ Regiæ in Campo cæruleo. Sigillo cum tribus avibus supra tres conos pyramidales vñsus est anno 1414. Fridericus de Scharffenberg, quo eodem tempore alij usurparunt Coronam Regiam solam. Simplici vero sectione triangulari, qualem adhuc hodie ferunt Gallenbergij, vñsunt etiam Rudolphus, Hovertus, Georgius de Scherffenberg anno 1100. & eodem tempore etiam Schieck (vel Sigismundus) Osterberger de Gallenberg. Ex quo sanè evincitur Gallenbergios & Osterbergios fuisse & esse ejusdem cum Scherffenbergijs radicis & originis, etiam si nullum aliud adesset argumentum.

Addamus verò hoc loco Schemata horum Insignium.



Causa hujus variationis Insignium probabiliter est divisio familiæ in plures ramos & distinctio vnius rami ab alio, vnius personæ ab alia in Ludis Equestribus, à quibus videntur Insignia nobilium originem habere. Verosimile est hoc factum an. 1165. Tiguri vbi duo Gallenbergij Sigismundus & Ernestus & cum his Jo. de Scherffenberg comparuit, qui ut ab invicem faciliter discernerentur variaverint nonnihil Scuta. De quarto Scuto est peculiaris ratio: illud quippe Scharffenbergij assumperunt posteaquam aucta familia, & dilatatis possessionibus ex Carniola in Croatiam, Slavoniam, imò ipsam Boſnam & Bulgaria, illic primo inter Regni Proceres numerati, tandem etiam ad sceptra Regia evocati fuerunt. Cujus rei præter antiquam traditionem, plura supersunt documenta infra adducenda. Cæterū non omnes Scharffenbergij vñi sunt Corona Regia in campo cæruleo, sed illa tantum linea, quæ Reges dedit Boſna vel vicinæ Bulgariae, vnde exclusi redierunt in Carnioliam, & nobilissimam stirpem iterum propagarunt. Ex modo allaris itaque habetur quod antiquitus Scharffenbergij & Gallenbergij usurpaverint eadem prorsus Insignia, quæ successu temporis ad distinctionem vnius familiae ab altera nonnihil variari cæperunt. Et licet fuissent semper distincta, non ideo sequeretur esse distinctas propagine has duas Familias, quia pluribus alijs idem accidisse certum est. Sic Löensteinij, Stahrnbergij, Hohenbergij, & Pernegkij olim ab una radice prodierunt, tam nomine quam insignibus variatis se invicem discriminarunt, ut tradit Lazius. Sic etiam Dietrichsteinij (ut est apud Bucelinum) eodem tempore, ejusdem lineæ inter se discrimen fecerunt quo ad insignia. Vnde anno 1340. Rudolphus de Dietrichstein usurpavit pro insignibus cultros vinitorias obversos, quibus etiamnum ytitur tota familia: Bertholdus vero Germanus Rudolphi frater gestavit in scuto coronam auream, & Cholo patruelis literam A cum gladio & pugione: quod ipsum mihi ex MSS. Offiaceis cænobij & originalium Instrumentorum transsumptis communicatum est.

Laz. Migrat.
f. 223.
Bucel. Germ.
T. 2. fine
MSS. Offiac.

§. III.

De prædicatis & cognominibus.

Quintum argumentum ex quo colligitur Scharffenbergios cum Gallenbergiis esse vnam eandemque prosapiam, est distinctio prædicatorum, quæ simul est identitas, videntur quippe primo intuitu prædicata diversa, cum reipsa non sint diversa sed eadem, loquendo de primitivis, non de accessorijs. Olim quippe, & quidem ante ann. 1100. Gallenbergij dicti sunt Osterberger, & vidi originale de dicto anno 1100. in quo nominatur Schiegkh (id est Sigismundus) Osterberger de Gallenberg

berg, quo nomine postmodum alij plures Gallenbergij vni sunt, fuitque integra linea cum tali prædicato (vt ex infrà adducendis constabit) hoc autem in S' avico idiomate prorsus idem sonat quod in Germanico Scharffenberg. Constat Slavos seculo sexto æræ Christianæ in has oras venisse, & plebem ac colonos Carnioliae primum Hungaros permisitam (vti adhuc hodie in Hungaria) postmodum exclusis Hungaros solam inquininam fuisse, quorum forte pronuntiationi vt se accommodarent Scharffenbergij nominarunt se aliqui Slavicè Osterberger , ab Oster quod est Scharff, & verch quod est berg, quasi Ostervercher & Osterberger, quod tantundem est ac Scharffenberger. Et haud dubiè ex hac etiam occasione condiderunt aliam artem, cuius nudera extant, dictam Osterberg , cuius postea nomenclatura remansit certæ vni linea ejusdem familiæ Gallenbregicæ. Hinc est quod multi reperiantur nominati simpliciter Osterberger : qui aucti numero ab alia arce sive prius sive post Osterbergam conditam cæperunt appellari Osterberger de Gallenberg, ne scilicet evanesceret memoria originis primæ & unitatis cum Scharffenbergiis ; donec tandem proximis seculis Domini de Gallenberg illud prædicatum prætermiserint, solo hoc de Gallenberg vni, propt defacto vtuntur. Neque hoc novum est in Nobilibus familijs, quæ cum transeunt de Provincia in Provinciam, accommodant se loci genio & ad vulgi captum mutant nomina. Sic Rauchensteinij ex Hæreditarijs Austriacis Provinciis digressi in Istriam hodie appellantur de Pietra pelosa, Hohenembsij in Italiam translati vocantur ab Altembs. Ex quo suspicor etiam Scharffenbergios nonnullos per occasionem vel bellicarum expeditionum, vel comitivæ Aularum Cæsarcarum transiisse in Sueviam, quin & Germaniam Inferiorem & Belgium, ibique originem dedisse nobili familiæ ab Aspermont, quia revera Scharffenberg in rigore si ex Germanico reddatur Latinum aliud non sonat, quam Aspermont: & idem significat Osterverch , & Osterberg : atque adeo in literis suprà allegatis Schiegh Osterberger de Gallenberg idem sonat, quod Schiegh Scharffenberger de Gallenberg. Quantum ad prædicatum Sibenegg ab eadem familia usurpatum , cuius peculiaris linea adhibuit insignia heptangularia, quod sonat ipsum nomen nihil hic addendum occurrit, quia parum de his (vtpote ante 400. annos extintis) in vetustis membranis extat. Existimo autem lineam illam solo prædicato Sibenegg principio usam, postmodum etiam hoc mutasse, & denominari cæpisse ab oppido sub Sibenegg arce constructo Ratschach, sive ut in antiquis scripturis legitur Razzach. Vnde memini me non pauca nomina cum prædicato de Razzach legisse , & in Instrumento de Anno 1274. quod Wilhelmus de Scharffenberg dedit Monasterio Sitticensi, nominatur inter testes Vlricus de Razzach, & in aliis litteris Seytzensibus Robertus de Ratschach anno 1206. quos omnino reor fuisse Scharffenbergios mutato nomine per temporum cursum, ad distinctionem aliarum linearum ejusdem familiæ. Ex his itaque iterum manifestè patet quod Gallenbergij & Scherffenbergij sint ejusdem omnino radicis ac germinis, eiusdem profapiæ & familiæ, cum neque prædicatis olim integrè distincti fuerint.

§. IV.

De antiquitate familiæ.

Qui nobilum familiarum Genealogias inquirimus, si fundatè & sine fuso velimus procedere, fateri cogimur vix extare Manuscripta, quæ

quæ septingentos annos excedant, saltem in nostra patria. Et si talia non adsint, vnde eruemus nomina prosapiarum ante annum Christi millesimum? vel certè ante annum 900. Alij fuerunt mores illius seculi; prædicta & cognomina ab arcibus & possessionibus seculo nono & decimo cæperunt nasci. Anterioribus temporibus nuda nomina propria inveniuntur Diplomatis, quæ adhuc extant, quæ pluribus diversis familijs aliquando fuerunt communia; vt nullus Oedipus divinet, ex qua prosapia iste vel ille fuerit, qui testis allegatur. Signabantur instrumenta à veteribus sūæ tantum ætati, non longè post viæturus posteris, & tunc satis distinguebantur ab invicem familiæ solis nominibus proprijs, quæ præterea nova & nova semper excogitabantur, donec pluribus eadem placere inciperent; tunc primo adjici cæperunt prædicata locorum, & possessionum. Observare hoc licet apud authores, qui copias Privilegiorum & veterum instrumentorum hactenus produxerunt in publicum, qualia plurima sunt apud Gewoldum in notis ad Hundij Metropolim & de Monasterijs Bavariae Non sum nescius hodie à Geneographis produci quædam nomina certarum familiarum ab annis mille & yltra, sed hoc fit vel per anticipationem prædicatorum, vel per certam majorum traditionem, vel arbitrarias conjecturas: & plerumque apud doctos ac historiarum peritos plus admirationis obtinent, quam assensus. Ego vt abstraham ab aliarum Provinciarum familijs; de patria nostra, ex ijs quæ hactenus legi & observavi ex combinatione plurimarum historiarum, hoc pro fundamento statuo: Vix reperi in Carniola (idem de Styria & Carinthia dixero) vix inquam reperi nobilem familiam cuius memoria extet yltra septingentos annos, quæ possit instrumentis originalibus probari: & fateor me talem nondum depræhendisse: Hoc dico de ijs familijs, quæ ante annum 1200. vixerunt in Carniola, & sunt Germanæ origine. Nam de aliis, quæ tardius advenerunt ex Italia, Gallia &c. est alia ratio. In illis enim regionibus simul cum armis pridem etiam calami fuerunt in ysu, in nostra patria sola arma, vnde vix aliquid notatum est. Accedit & alia ratio, quia ante annum Christi 900, licet jam sub Carolo Magno circà annum 800. fuerint in nostram patriam multæ nobiles familiæ introductæ, omnia tamen turbata fuerunt, & plurimæ incursionses Hunnorum recens plantatas familias videntur penitus extirpasse, quod ex mea Chronologia constare poterit. Vnde sumum quod credo antiquitati Nobilium familiarum dari potest, illas incepisse circà annum Christi 900. & si quæ fuerunt statim post 800. introductæ, illæ vel interierint, vel nihil habent documentorum quo suam probent antiquitatem. Nihilominus vbi deficiunt documenta scripta, conjecturis adhuc est locus: quod in præsenti ego præstabo. Itaque omnino mihi persuadeo vel sub Lothario Imperatore, circa annum Christi 848. vel prius 820. 907. vel, sub Henrico I. Aucupe circa annum 920. colonias nobilium è Germania evocatas isthic sedem fixisse, & certatim ad defensionem patriæ in locis editioribus ac præruptis montibus castra condidisse, à quibus deinde ipsi & eorum posteri cognomenta traxerunt. Ea occasione fuerint condita castra Gallenberg, Scharffenberg, Osterberg, Sibenegg, & plura similia. Ex hac observatione ulterius formo conjecturam, cum anno 1069. extat nomen Scharffenbergicum, teste Philippo Simonis, & anno 1074. extat in antiquis adhuc literis nomen Gallenbergicum, hæc nomina enata fuisse ab arcibus conditis circa annum 920. Ait enim præfatus author de Henrico Spirensi Episcopo, *Hainrich von hochen*

chen Eltern vnd Edln Stammen gebohren / deß alten Geschlechts der Graffen von Schärfenberg / war vnter den Pabst Alexander II. &c. zum Bischoffen erkoren vnd postuliert anno 1067. Adhoc vt Scharffenbergica familia (ex qua hunc Henricum natum nihil dubito) dici possit anno 1067. antiqua ; debuit saltem quatuor vel quinque majorum generationes Nobiles habuisse , demus ergo parentem vixisse usque ad 1040. avum anno 1000. proavum circa annum 960. abavum anno 930. circa quem annum puto illos in Carnioliam venisse. Et quia prius quam nostram patriam ingrederetur , in Germania fuerunt antiqui Nobiles , talium enim Imperatores & Carolingi & successores magnam semper habuerunt rationem , licet dicere antiquitatem Gallenbergicæ & (quæ eadem est) Scharffenbergicæ familiæ referri posse ad annum circiter Christi 700. vel etiam ulterius rehocedendo conjecturaliter. Generationes autem ab eo tempore & successiones cum suis nominibus designare putem neminem posse nisi revelationem haberet ē cælo. Et hæc de antiquitate familiæ. Vbi opponi posset , quod nostrates Scharffenbergij non reperiantur nominati Comites antiquis temporibus , videri Henricum Spirensen Episcopum fuisse alterius familiæ. Sed in primis nusquam hactenus deprehendi aliam in Germania sub hoc nomine floruisse familiam. Deinde prædicatum Comitum illo seculo non fuisse generis , sed officij & personarum , quæ Aulas Cæsareae sequabantur. Denique vel ē nostris Scherffenbergijs aliquis in Germaniam transiit ibique aliam lineam est auspicatus , vel quod probabilius est parens Henrici secutus est Aulam hinc dictus Comes , & ipse Henricus educatus in Aula cum Henrico IV. Imp. narratur , fueritque tam ipse quam parens in Carniola natus , per Duces Carinthiæ Imperatorum consanguineos , quibus tunc Carniola parebat , ad Aulam commendatus. Præterea plures aliæ familiæ olim habuerunt prædicatum Comitum , vt Altenburgij in Carniola inferiori , Weixelburgij , ibidem & alij , qui successu temporis in Euestrem ordinem se transtulerunt.

§. V.

De amplitudine & fortuna familiæ.

Postquam in nostra Carniola radices egit hæc Illusterrima familia , quod factum dixi circa annum Christi 930. condere cœpit castra , vtrum prius Gallenbergam , vel Scharffenbergam , nihil definio ; quia tamen primigenia insignia olim retinuerunt Scharffenbergij videntur habere originem ex primogenitis ejus familiæ , ita vt prius condita sit Scharffenberga , quam Gallenberga paucis aliquot annis , vnde Scharffenbergij , qui maiores natu erant post conditam Gallenbergam servato antiquo prædicato , nova de Osterberga , & de Gallenberg , reliquerint juniori linea. Sed quidquid sit de hoc , cum fuerint ab una radice , æquè antiqui censendi sunt isti ac illi : & saltem ex nominum nova inventione colligitur jam ante annum 1100. hæc familia plurimum aucta & ampliata , vt eam vnius castri habitatio non caperet ; ideoque cœperunt tam habitationibus quam prædicatis ab invicem distinguui. Diu tamen postea retinuerunt Gallenbergij cognomentum Osterberger velut primarium , anteponendo illud alteri prædicato de Gallenberg , vt scilicet radicis memoria conservaretur , quod testantur adhuc plurima , quæ supersunt originalia instru-

Instrumenta. Porrò altera linea Schârffenbergiorum fortunam suam quæsivit & reperit, sive per bellicas expeditiones, sive per connubia transivit ex Carniola in Croatiam, Slavoniam, quia & Bosnam, & planè Bulgariam Bosnæ vicinam, quæ omnes tunc Regibus Hungariæ parebant, quod effecit personarum multitudo, vti etiam hodie fieri amat in alijs familijs, licet semper aliqui cum prædicato lolitario de Schârffenberg remanserint in Carniola. Illi verò hinc digressi condidisse creduntur in Bosna Brussihora quod idem sonat Bosnensi Slavica lingua ac Schârffenberg, vel Latine Acue montem. Item Ostroschitz quod etiam ab asperitate nomen habet. Quæ cum in Bosna possiderent ac inter Proceres ejus regni numerarentur, ad regios etiam fasces tractandos assumpsi sunt, & quantum divinare possum (non enim extant Authores vlli, qui ex professo illorum regnorum historiam tractarent) in Bulgaria, cuius insignia symbolizant cum Schârffenbergicis ho- diernis, & haud dubiè desumpta sunt ab eo regno. Joann. Jacobus Fug- ger fol. 91. exprimit Insignia Bulgariæ duas Coronas aureas invicem ob- versas in campo cœruleo, & Schârffenbergij similiter habent ynam Co- ronam in campo cœruleo, vt ex subjecto Schemate appetat:

Fugger. in
Spec. fol.
91.

Bulgariæ.



Schârffenberg.



Hæc modica est differentia, colores sunt ijdem. Quando autem & qua occasione ad regnum pervenerint defacti Historicorum de illis re- gionibus, divinare non possum. Quia verò Schârffenbergij, & nominatim Wilhelmus Anno 1290. usurparunt pro insignibus Coronam in campo cœruleo, necesse est ante illum annum dominatos in Bulgaria & forte etiam Bosna, eamque ob causam duplici vsos Corona in Regno, cæteros verò ejusdem lineæ, qui in patria remanserant simplicem adhi- buisse. Hoc confirmatur ex eo quod rursum Anno 1414. unus e Schâr- fenbergijs in illis partibus Regni habenas moderatus sit, licet ejus nomen proprium non exprimatur. Author Historiæ de Concilio Constantien- si, qui primum Anno 1480. impressus est, & Anno 1575. reimpressus narrat quod ad prædictum Concilium comparuerint Legati Witholdi Ducis Lithuaniae, Despotæ Rasciæ, magnæ & parvæ Vallachiaæ, & Re- gum qui Turciam sub Soldano inhabitabant. Addit fol. 89. eorum in- signia, vbi inter cætera videre est Insigne cum Corona in campo cœruleo, subjectis infernè tribus globis in hanc formam:

B

Et



Et addita est Inscriptio his verbis: *Der Durchleuchtige König von Schärfenberg ist vnter dem Soldan.* Bulgariam hoc tempore fuisse sub Turcico Imperio ex eo constat, quia ipso illo anno 1414. quo inchoatum est concilium, cæpit Turca infestare Bosniam, quam demum Anno 1445. plenè occupavit, vt videri potest in Joanne Lucio. Et Anno 1408. notat idem Lucius fuisse in Bosna magnam concertationem Procerum de Corona Regni, quod passim videmus fieri in Regnis vbi libera est electio, & forte tunc unus è Schärfenbergicis electus fuerit, qui se tutæ Soldani commiserit, dominans parti Bosnæ & Bulgariæ. Et forte illi tres globi adjecti fuerunt insignia alicujus alterius Provinciæ, quæ tunc Bulgariæ adjecta fuit. Hoc saltem habemus Schärfenbergium appellari Regem, & sub Soldani tutela habitasse. Et quia eodem tempore aliqui Schärfenbergij in Carniola usurparunt pro Insignibus Coronam, alij verò (vt Fridericus de Schärfenberg Anno 1414.) heptangulares sectiones, hodieque Schärfenbergij sola Corona vtuntur, relictis illis heptangularibus sectionibus, clarum est ab hujus Regis, & prædecessorum linea modernos Dominos à Schärfenberg originem habere, cæteras verò lineas sensim defecisse, quod puto factum circa annum 1446. quo vixit Michaël de Schärfenberg, post quem annum nullum amplius repetio in Carniola, qui talibus insignibus sit usus, in quibus pyramidales sectiones essent. Hæc forte honorum & Regiæ dignitatis prærogativa, accendentibus magnis opibus & cum præcipuis patriæ familijs cognatione, Schärfenbergijs feroce indidit spiritus, vt Ducibus Carinthiæ bella inferre præsumerent, ab illis deinde redacti in ordinem & bonis exuti, vti in eorum Genealogia ex Lazio, Henninge & pluribus MSS. ostendo.

§. VI.

Conjectura de ulteriori antiquitate Familia.

Similitudo Insignium sæpè in vnum jungit plures nomine & possessio-
nibus distinctas familias, quod apud Lazio observare licet in Stahrn-
bergijs, Losensteinijs, Hohenbergijs, & Perneckhijs, qui quod Pan-
theram flammivomam, licet coloribus singuli diversis præferant in genti-
litia parvula, posteritas veterum Marchionum Styriæ agnoscentur. De
Schärfenbergijs & Gallenbergijs eodem, imò majori jure licet suspicari,
quod ab antiquis Franconia Ducibus originem trahant, & his jungendi
videntur DD. Comites ab Attimis, & de Saurau, quia omnes hæ Familia
olim eadem pene usurparunt insignia, ijsdem coloribus adhibitis.



Duces Franconiae, DD. à Schârffen-
berg & ab Attimis.



Schârffenberg, Gallenberg &
Saurau.

Insignia prima usurparunt antiquitus Duces Franconiae, ut est apud Henningem fol. 37. Germaniae P. I. Et defacto eadem usurpat Episcopi Heribolenses ceu Duces Franconiae ijsdem coloribus, ut est apud Martinū Schrott de insignibus Germaniae. Eadem insignia usurparunt olim nonnulli Schârffenbergij, ut est apud eundem Henningem fol. 556. licet ibi cuspidibus aves insideant, & usurpat eadem adhuc hodie Comites ab Attimis, qui propterea (ut habet nota Anonymi mihi communicata) originem suam à Ducibus Franconiae repetunt. Secunda reperiuntur olim usurpata à Schârffenbergijs juxta ac Gallenbergiis, jmō & Sauraviis, quorum Gallenbergij & Sauravij adhuc hodie hæc eadem servant cum ijsdem coloribus. Et quidem in Galea supra scutum vtraque familia habet geminas alas rubeas cum triangulari sectione alba. Quod autem Schârffenbergij modo solam Coronam gestent, dixi supra id provenire ex eo, quia servant memoriam Regiæ dignitatis ad quam in Bosna vel Bulgaria fuerunt assumti. Nihil autem officit modica illa diversitas inter tres cuspides & vnam, quominus dicantur ejusdem originis esse omnes istæ familiae, quia etiam Losensteinij gestant integrum Pantheram, & Stahrnbergij tantum dimidiā, neque tamen id circò diversam creduntur habere originem. Notat enim præter Gallum Anonymum recens author Insignium Nobilitatis Germanicæ in quatuor Tomis secundò editus, To. I. in Præfatione sæpè cum familia aliqua nobilis multiplicatur, accidere, ut insignia nonnihil varient, ac subinde maiores natu integra, cæteri dimidia solum, & ex parte usurpent. Id ipsum advertit Balbinus in Epitome rerum Bohemicarum vbi de Rosenbergijs agit: *Vetus & probatissima scriptorum Bohemicorum narratio est eos Proceres, qui in Bohemia Rosas gestaverunt in clypeo, ab una origine omnes descendere, & unum Patrem filij, suis quinque colorum Rosas: auream primo genito; albam cæruleam secundo, & tertio genito, rubram minimo natu, nigrum filio quem ante conjugium suscepereat, distribuisse.* Et infra rursum ait. *In ipso S. Viti Crumlovienensis templi tholo & fornicie in scutis depicta videbis insignia Rosenium, qui vivebant id temporis: Joannis scilicet de Rosenberg, Jodoci, Petri, Henrici: nullum alteri simile fratres tamen erant. Alij unam Rosam, alijs duas, alijs alio modo positas pincere, ut distinctionem quæssisse sint visi.* Quare nil mirum etiam Scherffenbergios, Gallenbergios, Attimis, & Sauravios, licet ab eadem origine propagatos, modicam Insignium variationem admisisse, præsertim cum omnes ferè in eodem tractu olim dominia habuerint.

Auth. Insig.
T. I. Præf.
S. 3. n. 30.

Balbin. Epit.
rer. Bohem.
f. 145.

Sed non sisto in sola similitudine insignium: pluribus conjectura hæc nititur argumentis. Enim vero ut tradunt veteres scriptores à temporibus Caroli Magni mos inolevit, ut Reges & Principes abundantes multa prole, filios & nepotes ac proximos consanguineos applicarent publi-

cis muniis, & non tantum domi suæ, sed per diversas, quibus ipsi dominabantur Provincias. De Ducibus Bavariæ apud Henningem extant plurima similia exempla. Quin etiam de Ducibus Franconiaæ apud eundem Henningem & Megiserum. Vnde aliqui Regiæ, & Ducalis familiæ donantur titulis Dicūm, alij Marchionum, alij solum Comitūm. In particulari discurrendo de Ducibus Franconiaæ veteribus, certum est, quod ex ijs aliqui assumpti sint ad Romanum Imperium, vt Conradus II. Henricus II. III. IV. &c. alii verò fuerunt Duces Franconiaæ, alij Duces Sueviaæ, alij Duces Carinthiaæ, de quibus multa apud Megiserum & alios. Quid ergo vetat opinari nonnullos ex eodem sanguine, fuisse nominatos Comites, & illis certa territoria in limitibus Imperij assignata, quibus præfessent & postmodum fixis domiciliis nobile stemma propagarent. Certè anno 828. teste Adelmo, fuit Marcha Foro-juliensis divisa inter quatuor Comites, sive ut alij divisim legunt in ter quatuor, sive duodecim Comites, quod verosimilius arbitror, quia complectebatur tunc Marcha Foro-juliensis, vt est apud Joannem Lucium, non tantum Forum-julium, sed & Carnioliam, Marcham Vindorum, Slavoniam, partem Carinthiaæ & Styriaæ. Hæc divisio videtur longo tempore perseverasse, & fuerint illa officia mobilia non perpetua vel hereditaria, cum quibus etiam assignabantur Carinthiaæ peculiares Duces, vti Styriae Marchiones, similiter & Marchiones Istriæ & post illa tempora etiam ortum habuerunt Comites Goritiæ. De hujusmodi verò Comitibus in Carniola extat memoria in antiquis diplomatis Ottonum Imperatorum, à quibus arbitror fluxisse Sauravios. Apud Gewoldum in notis ad Wigulei Hundij Metropolim, fol. 136. lego: *In Marchia Ducis Hainrici (Hic erat Dux Carinthiaæ) & in Comitatu Walzbilonis Comitis &c. usque ad hunc locum ubi ostium in Zaura fluvium mittit, sicque trans Zauram, usque ad summitetum istius montis Zauræ adjacentis &c.* Ita Otto III. Imp. anno 992. Et Otto II. anno 974. apud eundem Gewoldum. *In Ducatu Henrici Ducis, & in Comitatu Popponis Comitis, quod Carniola vocatur, & quod vulgo Creina Marcha appellatur, usque ad montem Lubnic ipsumque montem ad majorem amnem, qui Zaura vocatur &c.* In priori diplomate etiam hæc leguntur: dum Zaura ostium facit in Savam, vbi per Z. scribitur Zaura & Zava, quod hodie mitiore littera S. scribere solemus Saura & Sava, quamvis Slavi & Croatæ adhuc defacto soleant subinde scribere Zava, vti nuper in antiquis Blagayanis instrumentis de an. 1300. & seqq. observavi. Hinc colligo cum ipsimet Domini de Saurau per traditionem habeant, se olim appellatos de Saura, & per abusum postea nominari cæptos Saurau, illos ab hoc fluvio denominatos, hic Comitum titulo parti Provinciæ præfuisse, id est superiori Carnioliae, & hic primum propagasse nobile stemma, dictos non per abusum, sed ab ipso loco de Saurau, quia reipsa vbi Saura in Savam influit insulam effecit, quæ Germanis *Aluu* dicitur, vnde Saurau, & quasi Sauræ *Aluu*. Et hoc firmo ex eo, quia primi ferè de quibus constat in hoc eodem tractu connubia contraxerunt, Wilhelmus de Saurau anno 1310. habuit vxorem Annam de Lack, quæ familia olim nobilis floruit in eodem tractu ad fluvium Saura, & adhuc extat castrum cum civitate Lackh spectans ex donatione Imperatorum ad Episcopos Frisingenses. Eadem ratione discurro de Schärfenbergiis, & qui ab iis fluxerunt Gallenbergiis quod simili occasione destinati fuerint in Carnioliam inferiorem, & Marcham Vindorum, ibique primitus donati fuerint titulo Comitum, quales scilicet tunc Comites, erant,

Luc. de Dal-
mat. & Cro-
atia.

erant, non alio quam officij titulo, qui titulus deinde à posteris intermis-
sus, cum Provinciæ pleno jure Ducibus fuerunt attributæ, & titulis Co-
mitum successerunt tituli Capitaneorum, Burggraviorum, judicium, &c.
Hinc apparet cur primi Schârffenbergij dicantur orti ex antiqua familia
Comitum de Schârffenberg, vti supra relatum ex Philippo Simonis, non
quod fuerint Comites hæreditario jure, sed ratione officij, quod plures
eorum ordine administrarunt, quasi certorum territoriorum Capitanei, &
magni Ducum aut Principum Ministri. Atque ita omnino reor illos etiam
ideo secutos aulam Henrici III. Imperatoris, qui agnoscebantur cognati
& ejusdem stirpis veterum Ducum Franconiaæ, cum ipse quoque Henricus III. ex ijsdem Ducibus ortum habuerit. Eadem prorsus ratio est de
Comitibus Atthembsijs, qui modo corruptè appellantur ab Attimis.
Nam eadem prorsus Franconica usurpant insignia ab antiquo & non pro-
cul à Sauravijs in finibus Foro - julij olim habitasse noscuntur, nempe in
Carnia vbi Arteniam & Atthembs castrum vel ipsi construxerunt, vel in
feudum habuerunt, vti in illorum Genealogia dicemus. juxta hanc pro-
inde conjecturam formabo initium Genealogiæ, tam Schârffenbergicæ
quam Gallenbergicæ.

GENEALOGIA.

ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ DOMINORUM COMITUM

DE

GALLENBERG.

I.

Arnulphus è Ducibus Franconiaæ oriundus, incertum quā maiorum
serie, circa annum 928. vel citius evocatus cum pluribus aliis no-
bilibus ad tutandos limites Romani Imperij confedit in Marcha
Vindorum & Carniola inferiore, vbi arcem Schârffenbergam condidit
in altissimo monte non procul à Sayi ripa, cuius rudera etiamnum con-
spiciuntur.

Vxor N. -----

Prolem tulit Ortholphum.

II.

Ortholphus de Schârffenberg Comes in Marcha Vindorum.

Floruit circa annum 960.

Vxor N.

Prolem suscepit

1. Ottонем de Schârffenberg Comitem in Marcha Vindorum, qui
floruit circa annum 990. à quo cæteri Schârffenbergij.

2. Ortholphum II. de quo mox.

Et forte plures liberos.

Obiit circa annum 980.

B 3

III.

III.

*Ortholphus II. de Schärfenberg auctor liniæ
Osterbergicæ.*

Floruit circa annum 1015.

Primus condidit aliud castrum dictum Osterberg, in confluentia Fluviorum Savi, & Labaci, à quo posteri denominari cœperunt Osterberger, sive Slavicè Ostervercher, quod idem sonat ac Germanicè Schärfenberger.

Vxor N.

Prolem suscepit Ortholphum III. stirpis propagatorem & haud dubiè plures alias, è quibus unus cognomen & prædicatum de Osterberg transmisit in posteros. Vnde Vrlicus de Osterberg anno 1195. reperitur cum ijsdem insignibus subscriptus in litteris Cartusiæ Seytzensis & Henricus de Osterberch anno 1260. in litteris Cartusiæ Freydenthalensis notatur ut Benefactor Monasterij: post quem videtur hoc prædicatum simul cum possessionibus rediisse ad Gallenbergios, quia iterum anno 1380. id usurparunt ut constabit ex Genealogia.

Obiit Ortholphus II. circa annum 1030.

IV.

*Ortholphus III. de Scârfenberg, dictus à Slavis
Ostrivercher, primus condidit castrum Gallenberg à quo ipse &
posteri sunt denominati.*

Floruit circa annum 1040.

Vxor N.

Prolem tulit.

Ottонем I. successorem

& haud dubiè plures de quibus non constat. Ab hoc deinceps certa & per antiquas scripturas probata decurrit Genealogia.

Obiit Anno forte 1065.

V.

*Otto I. de Gallenberg dictus Osterberger de Gal-
lenberg.*

Subscriptis litteris anno 1074.

Conjugem habuit Annam ab Ehrnfels, quæ notatur soror Henrici Anno 1082. eius haud dubiè, qui anno 1080 interfuit ludis Equestribus Augustæ.

Prolem tulit Schiegk, qui forte Sigismundum I. sonat, & probabiliiter plures, quorum nomina latent.

Obiit Otto incertum quo anno.

VI.

Schiegk vel Sigismundus I. à Gallenberg.

Subscriptis litteris anno 1100. Schieg Osterberger von Gallenberg. Conjugem habuit cuius nomen incomptum

Prolem tulit. 1. Sigefridum I. qui successit. 2. Ernestum. 3. Ortholphum, qui nominatur.

Orthelphues, utrumque nomen videtur corruptum & desumptum à Langobardico Athaulphus, quod videtur vetusto Germanorum more compositum ex Otto & Hulff / quasi veniens in subsidium Ottoni. An prolem vel Conjugem habuerit non constat subscriptis tamen litteris anno 1131.

Obiit Sigismundus Anno -----

Hic Sigismundus anno 1100. transegit cum DD. Georgio, & Theobaldo ab Auersperg patrueibus suis extant originales, quas vidi in quibus initium est. Ich Schiegh Österberger von Gallenberg. & finis In den Zehenhunderten/vnd darnach in den hunderten Jahr.

VII.

Sigefridus I. de Gallenberg.

Floruit anno 1145. Subscriptis 1150 die S. Thomae Apostoli.

C Onjugem habuit Bertham de Firckenberg.

Prolem tulit. 1. Sigismundum II. successorem.

2. Ernestum I. qui cum fratre anno 1165. ludis Equestribus Tiguri celebratis primus cum Guelyphone Bavariæ Duce alter proprijs sumptibus interfuisse legitur. An autem prolem aut conjugem habuerit, nondum constat,

3. Sibothonem vulgo Seyboth, qui reperitur in litteris anni 1180.

VIII.

Sigismundus II. de Gallenberg.

I nterfuit ludis Equestribus Tiguri in Helvetia celebratis anno 1165. vt Munsterus & alij passim authores, qui de his ludis scripserunt, notant.

Conjugem qualem habuerit, ignotum est.

Prolem tulit I. Wilhelnum de Gallenberg successorem.

2. Sigefridum II.

3. Urricum, sic scriptus legitur, vel Ulricum, cognomento de Osterberg, in litteris anno 1195. notatum. MS. Seytz.

IX.

Wilhelmus I. de Gallenberg.

Subscriptis litteris Anno 1213.

C Onjugem habuit Annam de Sumeregg.

Prolem tulit I. Ottomem II. successorem.

2. Eisenricum sive Eysenreich,

3. Ruhelebium.

4. Wenckerum, qui simul nominantur fratres, filii Wilhelmi anno 1252. de vxoribus, vel liberis eorum nihil invenitur, nisi forte Eisenrici vel Wenckheri filius fuerit Henricus simpliciter subscriptus de Osterberch anno 1260. inter Benefactores Freyenthallenses:

Obiit Wilhelmus anno -----

X.

*Otto II. de Gallenberg.**Nominatur Anno 1248. filius Wilhelmi.*

COnjugem habuit Guttam de Weissenegkh.
Prolem tulit Sigefridum III.
Conradum I. qui repertur in litteris Oberburgensibus an. 1286.
subscriptus.
Obiit Otto II. Anno.

Sigefridus III. de Gallenberg,
cognomento senior.

Anno 1300. fundavit Monasterium Clarissarum in Münckendorff in
superiori Carniola propè Litopolim Diocesis Aquileiensis.
Conjugem habuit Elisabetham de Rabenspurg.
Prolem tulit I. Sigefridum IV. qui absque liberis obiit.
2. Wilhelmum II. qui successit.
3. Ottонem III. de quo præter nomen nil constat, nisi aliquot fun-
dationes anno 1320.
4. Fridericum, qui ex Anna de Fladnitz Styra genuit Adolphum, &
Ernestum de Gallenberg, qui ad annum 1333. nominantur, & cæ-
libes videntur deceperisse.
5. Claram primam Abbatissam.
6. Gretam seu Gred id est Margaretam nuptam Henrico Lavano vice
Domino Carnioliae.
7. Kundl seu Khunegundam nuptam D. Conrado Gall.
8. Raytzam corrupta voce forte Reginam.
9. Maykham seu Magdalenam, quæ videntur infantili ætate extinctæ,
vel in Münkhendorff Cænobio Moniales fuisse.

Obiit anno 1300. post Monasterium fundatum, vti colligitur ex sequen-
ti, quia alias ipse potius quam Wilhelmus jus patronatus abdicasset
si fuisset superstes. Traditio est apud Clarissas Münkhendorffenses,
duas minimum si non plures ex Fundatorum sanguine Moniales in
illo Parthenone olim vixisse, non tamen constare, quas & quando ob
defectum scripturarum, quæ per incendia & temporum injurias pe-
rierunt. Verosimile est fundatorem (quod ab aliis multis factum le-
gimus) in gratiam filiarum, cum plures earum suscepisset, illud Mo-
nasterium condidisse, & locupletasse. Et re ipsa prima Abbatissa fuit
filia fundatoris, vti ex litteris abdicationis juris Patronatus Capellæ
B. V. colligitur, nominata Clara. Sigefridus Fundator, vti & filij
promiscue sunt vsi prædicato de Gallenberg & de Münkhendorff,
vti ex antiquis originalibus de anno 1292. 1305. & 1317. colligi-
tur. Litteræ fundationis sic habent.

FUNDATIONIS LITTERÆ.

Güm ea , quæ geruntur in tempore ,
quod est mora motus mutabilium rerum , oblivionis
Voraci glutigine processu temporis soleant absorbe-
ri , & subitò surripi memoria ab humana , necesse est ,
vt gesta hominum scripturæ beneficio , quæ archa est memoriarum
& voce testium cautius æternentur .

Constat igitur præsentibus & posteris , hanc paginam vi-
dentibus & visuris , quod nos Sifridus & Elyzabeth conjugales
de Gallenberg dum filius Dei Deus , qui & filius hominis ,
homo Deus in diversorio natus , nec in eo locum habens pan-
nis vilibus involutus , fæno sibi sternente cunabulum repo-
situs in præsepe , pauperes suos in se paupere præfigurans , de-
indè apud Deum Patrem & homines sapientiâ proficiens , & æ-
tate , prædicatione præclarus , miraculorum operatione perful-
gidus , in Vinea Domini Sabaoth vitem se fidelibus suis fecit ,
cujus Vinum in Toreculari passionis expræssit , cuius etiam palmi-
tes à mari , usque ad mare , diversis in ea positis cultoribus pro-
pagavit , ejusque propagines per mundi clymata dilatavit .
Quatenus Vineam suam , Ecclesiam videlicet militantem , no-
vis crebro palmitibus innovet , & extendat .

Ille Plantator , verus Vindemiator & Vinitor JESUS Christus nobis de sua larga pietate , & pia largitate dignaretur divini-
tus inspirare , vt Domum novellam ad laudem ipsius , & ani-
marum nostrarum , ac progenitorum nostrorum profectum pa-
riter & salutem in Teritorio nostro Münckendorff plantaremus ,
& ibidem divinâ providentiâ quæ in sui dispositione non fallitur ,
cooperantibus nobis viris Religiosis Fratribus minoribus devotis
cultoribus vineæ Dei , fæminas Religiosas probatas Ordinis San-
ctæ Claræ procuraremus locari , reponi pariter & includi , quas
speramus & credimus in Vineam Soreck fructiferam per Dei
gratiæ propagandas ipsam Domum pro sustentatione fæmina-
rum dictarum Deo devotè famulantum in eadem accedentè ,
& annuente ad hoc omnium hæredum nostrorum consensu , &
optimâ voluntate dotari curavimus bonis nostris hæreditarijs ,
mansis videlicet . &c . &c .

Seqvuntur bona fundata.

Et curiam nostram in Münckendorff , in qua tunc reside-
bat Wuosso , cum omnibus suis attinentiis , & juribus quæsitis ,

& inquirendis, Sylvis, pratis, campis, nemoribus pomerijs, vi-
cis, aquæductibus, & quocunque nomine censemantur perpe-
tuo servituros. &c. &c.

Seqvuntur iterum bona fundata.

Testes hujus nostræ ordinationis sunt Domini & Milites:
Chonradus dictus Gallo, Hertwicus de Maingespurg, Wern-
herus de Lakh ad hinc nobiles Carniolæ Henricus Lavanus, Ge-
ner noster Sifridus filius noster, Nicolaus de Lilgenberch, Wil-
helmus de Rottenpüchl, Ortolphus de Maingespruch, & aliij
complures. Ut autem præsens scriptum permaneat in con-
vulsu fecimus ipsum nostro, & generi nostri prædicti Sigillis
roborari. Actum & datum in Gallenberg Castro nostro anno
Domini M. CCC. VII. Idus Octobris festo beatorum Marty-
rum Dionisij Rustici, & Eleutherij.

S. Suiridi de Gallenberg.

S. Henrici Lavani.

L.S.

L.S.

XII.

Wilhelmus II. de Gallenberg.

Anno 1301. conjunctim, cum fratribus, sororibus, & tota tunc
vivente Familia Dominorum de Gallenberg, Jus patronatus Cap-
pellaniæ D. Virginis in Münckhendorff ad seniorem spectans Ab-
batissæ, & Conventui perpetua abdicatione donavit.

Conjugem habuit Margaritam de Scherffenberg filiam Wilhelmi
à Conrado ab Auffenstein interficti, ex N. filia Henrici de Montparis ge-
nitam.

- Prolem tulit i. Wilhelmitum III. successorem:
- 2. Conradum II. de Gallenberg, qui ex Sophia de Walsee quatuor ge-
nuit liberos, de quibus infra sub lit. A.
- 3. Hertlinum, forte Herculem qui nominatur Anno 1322. Donatus
arce Mangespurg ab Henrico Duce Carinthiæ, Rege Bohemiæ,
de cuius posteris nihil constat.
- 4. Margaretam, nuptam Udalrico de Weisspriach, Anno 1321.
- 5. Godefridum de Gallenberg, qui nominatur in litteris Oberbürgen-
sibus Anno 1315.

Filius Hertlinus probabiliter nominatus fuit Hercules, nam in alijs
familijs invenire est, hoc nomen ita scriptum **Herklein** / quasi
parvus Hercules, & aliunde constat nomen Herculis à familijs no-
bilibus usurpatum. Unde in vetustis litteris reperitur Hercules Jör-
ger

ger notatus in litteris Georgij de Pillichgratz ad Annum 1355, sic
Hercules ab Auersperg Anno -----
Obiit Wilhelmus II. post Annum 1320. Litteræ abdicationes sic habent.

ABDICATIO.

N Nomine Domini Amen , sicut ait Ieronimus, nulli dubium est , quin totum ad laudis Dei pertineat, quicquid dignæ Genitrici suæ impensum fuerit , quod etiam de alijs sanctis neque ambigendum est, ut quicquid Reverentiæ, ac devoti famulatus ipsis sanctis impenditur , ei, qui est sanctorum omnium splendor, & gloria exhiberi , nullatenus dubitetur, sanè cum felicis memoriae Dominus Sifridus de Gallenberg, ad honorem gloriosæ Virginis Matris Christi, & Beatæ Virginis Claræ , ac per consequens necessario ad gloriam, & laudem omnipotentis Dei, infundo suo proprio in Münckendorff, juxta Cappellam ab olim ibidem in honorem Beatæ Virginis fabricatam , Monasterium ordinis sanctæ Claræ fundavit, & dotavit, de omnium Hæredum suorum concordi beneplacito , & assensu. Nos Sifridus, Fericus, Wilhelmus, & Otto filij ejusdem Domini Sifridi Fundatoris Monasterij jam dicti, nec non & Catharina Reytza & Meika filiæ ipsius, & hæredes legitimi cupientes piam intentionem prædicti progenitoris nostri , omni quâ possumus benevolentia prosequi , & Monasterium ab ipso fundatum in quantum valemus, pro viribus promovere, jus patronatus memoratæ Capellæ Sanctæ Dei Genitricis, quod ad nos hæreditaria successione à prædicto nostro Progenitore devenit, vñiversi, & singuli nostrum sorori Claræ Abbatissæ Monasterij antedicti donavimus, & in eam, aliasq; Abbatissas ei successuras, pleno Jure transtulimus, & à nobis omnibus, & singulis jus nostrum pœnitut abdicavimus ; imò nos eidem Abbatissæ , & alijs Abbatissis successuris, quæ pro tempore fuerint, donasse, ac in ipsas transtulisse , & à nobis omnibus, & singulis omni modo abdicasse , ac ad prædictas Abbatissam, & Abbatissas, quæ pro tempore fuerint, integrè pertinere in perpetuum præsentium seriè profitemur, volentes igitur hanc donationem, translationem, & abdicationem perpetuis temporibus immobiliter firmam esse, omnibus, ad quorum notitiam litteræ istæ pervenerint, declaramus, notificamus : & etiam protestamur, prædictam donationem, translationem, & abdicationem nos omnes, & singulos voluntariè, & liberè fecisse ,

& ratas, ac firmas velle habere, tam pro nobis, quam pro omnibus Hæredibus nostris in perpetuum absq; alia quæstione. Ad prædictorum autem omnium perpetuam firmitatem ego Sifridus prædictus de voluntate, & assensu aliorum Hæredum supradictorum præsentes litteras Sigilli mei, & Sigilli Henrici dicti Lavani, tunc vice Domini Carnioliae, & Marchie consobrini mei munimine roborari feci. Actum, & datum in Münckendorff XIII: Calendas Septembris anno Domini M. CCC. primo, porro testes huius donationis, translationis, & abdicacionis sunt isti. Heinricus dictus Lavanus vice Dominus Carnioliae, Fridericus de Rabensperg, Vldaricus frater ejusdem de Rabensperg, Eysenricus de Münckendorff, Perchtoldus dictus Colienz, Adam de Münckendorff, & alijsque plures.

XIII.

*Wilhelmus III. de Gallenberg.**Floruit Anno 1333.*

Conjugem habuit Gertrudem de Windischgrätz ductam an. 1330. Prolem tulit 1. Nicolaum I. successorem.

2. Georgium, qui signatur anno 1363. & 1381. & conjugem habuit Elsam filiam Hermanni Schenk de Osterwitz sororem Gregorij Archiepiscopi Salisburgensis liberosque suscepit, sed nomina eorum ignota.
3. Margaritam, quæ nupsit Nicolao de Summerigk.
4. Catharinam, nuptam Friderico ab Hebenstreit, quod creditur corruptè scriptum pro Herberstein, Insignia enim verè Herbersteinia sunt.
5. Sibothonem, cui privilegium quoddam contulit Wilhelmus Comes Cileensis, Capitaneus Carnioliae An. 1391. vidi originale.

Obiit anno 1366.

XIV.

Nicolaus I. de Gallenberg.

Floruit, & nominatur jam anno 1348. & 1387.

Fconjugem habuit Seldam de Hopfenbach filiam Laurentij, quæ nōatur vidua anno 1392. Hujus Seldæ mater Clara prius habuit Maritum Fridericum Mangespurger, vt colligitur ex litteris anni 1378. huius Friderici parens fuit Herrardus de Mangespurg, alii subinde scribunt Mangelspurch & Manspurg.

Prolem tulit 1. Aegidium successorem.

2. Albertum I. de cuius prosapia infra.
3. Wilhelmm IV. qui nominatur frater Aegidij, Sigefredi & Alberti anno 1391. obiit anno 1414. cum ex conjugé Diethmude nata

- de Helfenberg & ducta anno 1394. suscepisset filium cognomine
Wilhelnum VII. qui cum Matre vidua nominatur anno 1415.
4. Sigefridum V. de cuius liberis infra lit. C.
 5. Schiegkh vel Sigismundum III. de quo præter nomen nil exstat.
 6. Chunegundam de Gallenberg nuptam i. Eberhardo de Waldstein
anno 1416. deinde Thietego Dapifero de Emerberg notatur vi-
dua anno 1425. ejus filia Ursula nupta fuit Leutholdo de Stuben-
berg supremo Capitaneo Styriæ anno 1460. extat originale.
 7. Ursulam nuptam D. Henrico à Reitenberg.
 8. Catharinam nuptam D. Nicolao Paradeiser dicto vulgo Nix Para-
deiser.
 9. Claram Vxorem i. Nicolai de Neuhauff anno 1387. deinde anno
1396. Ruperti de Schloßperg.
 10. Annam nuptam D. Joanni ab Ygg vulgo Hanizl Ygger.
 11. Barbaram nuptam D. Andreæ Galli, qui in litteris 1390. nominat-
tur Anderly Gall.

Obiit Nicolaus anno 1391.

Transactio*n*, quæ erat inter Nicolaum I. de Gallenberg, & Fritzlinum
Mongelpurger propter hæreditatem maternam vxoris subscriptus
est, intef alios etiam Ruelebus de Gallenberg Anno 1378. Iste D.
Nicolaus de Gallenberg Comitatu*m* Equitum inter quos Gall, &
Apfalter fuere irruit in civitatē Stain, jussit in vincula judicem
conijci, & in turri castrī Gallenberg detinuit circa annum 1370.
& Abatuc civem ibidem interfecit. Nominatur in litteris Her-
manni Comitis Ciliæ anno 1380. *Mithel der Schiegkh von
Gallenbergh.*

XV.

Ægidius de Gallenberg.

Cognomento Osterberger.

Floruit anno 1389. Præfectus Aulæ apud Hermannum. Comitem Ci-
liax.

IVX

Conjugem habuit Annam filiam Henrici de Zobelsperg.

Prolem suscepit i. Nicolaum III. successorem.

2. Casparum I. qui videtur obiisse anno 1426. quia sequenti anno no-
minatis aliis fratribus prætermittitur.
3. Joannem, qui anno 1427. adhuc superstes fuit.
4. Sigefridum VI. qui eodem anno 1427. superstes erat, & conjugem
habuit Annam ab Hochenwart secundis nuptiis junctam Joanni
à Siessenheim, erat hic Sigefridus primo Capitanus in Mötling
anno 1405. postea Capitanus Carnioliae Wilhelmo Archidivi-
charus.
5. Achatium, qui notatur anno 1419. 1425. & videtur obiisse 1426.
6. Wilhelnum V. cuius profapia infra sub lit. D.
7. Claram nuptam Jacobo Trapp Domino de Curburg, quæ nominata
vidua anno 1419. hanc habent in probationibus suis, quam
plurimæ nobilissimæ Tyrolenses familias.

Obiit Ægidius, dictus alias in litteris Gilg, & Ilg de Gallenberg. An. 1415.
Anno 1409. Dominica post Bartholomæi fatentur Henricus, & Meinhardus Palatini Carinthiæ, Comites Goritiæ & Tyrolis quod debitores sint Domino Osterberger de Gallenberg, Burggravio in Hossberg, ejusque septem filiis & filiabus mille florenos boni ponderis ducatorum, pro quibus illi oppignorarunt telonium in Alben, ut pro annuo censu defalcarentur 100. floreni, de residuo rationem redderent subscriptio est. *Ich Osterberger von Gallenberg die Zeit meines Herrn von Zilli Hoffmaister/ roga-
ti testes Ludovicus Sachs, Hermannus Saffnar, Hermannus de Turri è superiore Cilea, & Henricus Judex Ciliensis. Idem Ægi-
dius emit bona quædam propè Schenkenthurn à fratribus Ro-
senbergijs Wilhelmo, Ulrico, Joanne & Georgio anno 1409.
Ex originalib. litt. 11.*

XVI.

*Nicolaus III. de Gallenberg.**Floruit Anno 1427.*

- C**onjugem habuit Agnetem de Khreig, viduam Georgij à Tschernembl.
 Prolem suscepit 1. Joannem II. successorem.
 2. Sigefridum VII. qui notatur ad annos 1438. & 1443. obiit circa 1458. vxorem habuit Annam de Tschernahora, cum qua suscepit filium Nicolaum V. qui anno 1444. in litteris nominat Sigismundum ac Andream de Gallenberg suos patruelos.
 3. Nicolaum IV. qui reperitur notatus ad annum 1435. & 1453. obiit 1462. & ex vxore Ursula de Reisberg (filia Wilhelmi, sororem Joannis Archiepiscopi Salisburgensis anno 1441. defuncti) filios suscepisse Sigismundum. Andream, Jodocum, Jacobum, Danielem, qui vocantur patruelos Sigefridi anno 1457.

Obiit Nicolaus III. anno 1429.

XVII.

Joannes II. de Gallenberg.

- F**loruit cum patre anno 1427. Contra Fridericum III. Imperatorem vna cum cæteris Austriae Magnatibus pro Ladislao Rege Vngariae, Alberti II. Cæsar filio, & adhæsit in fraterna Austriae discordiâ Alberto Archiduci contra Fridericum Cæarem, ob id bonis omnibus exutus, & arcibus Gallenberg Oberstaïn & Hochenwang, &c. &c. privatus est, ex quibus postea à Maximiliano I. Cæsare Joannes de Schârffenberg, Gallenberg, & Hochenwang impetravit.

Conjugem habuit Elisabetham filiam Henrici Mareschalli de Petovio familiae de Stubenberg, natam ex Catharina de Stahrenberg.

Prolem tulit 1. Fridericum II. successorem.

2. Andream III. Dominum in Monspurg, qui notatur anno 1475. 1492. & anno 1495.
3. Wolfgangum, qui nominatur 1454. & obiit 1490.

4. Dorotheam, quæ nominatur anno 1481. nupta 1. Andreæ ab Herrenfels. 2. Joanni à Pranckh extat originale, in quo Dorothea nominat suos fratres Wolfgangum, Andream, & Fridericum.
5. A maleydem vxorem Caspari de Kellerberg anno 1454.

Obiit anno 1461.

XVIII.

Fridericus II. de Gallenberg.

Floruisse notatur anno 1492. & 1494. ab Imperatore Maximiliano I. arce Lueg donatur.

Conjugem habuit Iuditham filiam Joannis à Reichenburg.

Prolem tulit 1. Fridericum III. successorem.

2. Andream V. qui adhuc vixit anno 1518. Dominus in Schenken-thurn, a quo familia Dominorum de Gallenberg in Styria. Sub litt. E. jam extincta.

Obiit anno -----

Hic Fridericus cum fratre Wolfgango primam Turcarum in Carnioliam excursionem nuntiavit Friderico Cæsari anno 1469. ut habeat speculum Jo. Jacobi Fuggeri. &c. 753.

XIX.

Fridericus III. de Gallenberg.

Conjugem i. habuit Barbaram ab Auersperg, filiam Joannis VIII. ab Auersperg Capitanei Provinciæ Carnioliae lineæ Schönbergicæ ductam anno 1520. 2. N. de Neuhaus.

Prolem tulit ex priore 1. Christophorum successorem.

2. Sigismundum VII. qui obiit anno 1541. in obsidione Budensi in Vngar. vxor Brigitta de Welz.
3. Jacobum III. qui floruisse notatur anno 1544. & 1548. habitavit in Dermitisch. Conjugem habuit 1. N. de Mündorff, viduam constantini Gall, 2. Magdalenam Gallin de Monte S. Georgij de prole non constat.
4. Alexandrum III. qui cælebs decessit.
5. Wilhelmum X. Solo nomine notum.
6. Jacobam nuptam D. Adamo Gall in Gallenstein.
7. Marusch seu Mariam, quæ cælebs obiit.
8. Dorotheam nuptam Balthasarì à Sigerstorff, qui prius habuit Eu-phemiam Hallerin.
9. Catharinam nuptam Georgio à Mettniz & secundis Nuptijs Georgio Apfaltder.
10. Georgius II. Cœlebs decessit.

Obiit Fridericus III. anno -----

XX.

Christophorus de Gallenberg.

Conjugem habuit i. Margaretam Burggraviam de Lueg, & Luez. 2. Catharinam à Rain filiam Friderici ex Agneta Mordachsin.

Pro-

Prolem tulit 1. Jodocum III. de Gallenberg successorem.

2. Erhardum, cui nupta fuit Rosina ab Egkh. Bonaventuræ, & Elisabetæ à Magenbu g filia, de horum prole infra sub lit. F.
3. Danielen II. cuju r. vxor Catharina de Sigerstorff, 2. N. Gallin.
4. Sigismundum VIII. cui nupta Helena Paradeiserin peperit Christophorum II. in Neümarckhtl Cœlibem defunctum.
5. Joannem IV. Ordinis Teutonici Equitem & commendatorem Labaci.
6. N. filium, cuius nomen ignoratur.
7. Agnetem, quæ vixit Anno 1551. Vxor primò Alexandri Gall in Graffenberg, deinde Erasmi Sauer in Kosiach, quam Bucelinus Reginam nominat To. 3. in Sauer. Hæc Agnes fuit ex priori matrimonio matre de Lueg nata.
8. Filiam N. } quarum nomina ignorantur, quia forte in infantia
9. Filiam N. } extinctæ.
10. Filiam N. }
11. Marusch nuptam Domino Francisco Glanhoffer Anno 1546.

Obiit Anno -----

XXI.

Jodocus III. de Gallenberg, Prætor seu Landts-Berweser Provinciæ.

COnjugem habuit Polyxenam ab Aursperg, filiam Trojanæ, & Annæ ab Egkh, defunctam Anno 1568. & sepultam Labaci ad D. Elisabethæ, vbi adhuc extat lapis sepulchralis.

Prolem suscepit 1. Jodocum, Jacobum successorem.

2. Joannem V. qui coemit Landtpreiß / ejus Vxor Felicitas ab Harach filia Leonardi ex N. de Windischgrätz / fuit Deputatus Provinciæ, & Consiliarius Regiminis, duxit vxorem Anno 1570. nuptiæ celebratæ 7. Januarij invitati ad Nuptiale convivium Proceres per Herbarum ab Aursperg Capitaneum Provinciæ, & Theodoricum ab Auersperg fratrem ejus Consiliarium Bellicum tutores Ioannis.
3. Fridericum IV. qui peste obiit Viennæ, Sponsus Helenæ de Starhemberg Rudigeri ex Helena Zacklin filiæ.
4. Gabrielem, qui infans obiit.
5. Kunegundam, nuptam 1. Iosepho Haller ab Hallerstein & Alben, 2. Erasmo à Scheyrn in Stegberg, & Ainôd.
6. Catharinam Vxorem Caroli de Weyxelburg, ex qua Comites Sauer, & de Windischgratz maternum stemma trahunt.
7. Felicitatem nuptam Wilhelmo à Praunsperg.
8. Mariam Christinam nuptam 1. D. Andrae Mordax in Portendorff, ex qua Norimbergenses exulantes Mordax, deinde D. Wilhelm Langemantl.

Obiit Anno 1566.

Sepultus Labaci ad Divæ Elisabethæ, vbi adhuc ejus effigies, in lapide sepulchrali sculpta visitur ad cornu Evangelij summi Altaris.

XXII.

XXII.

Jodocus Jacobus de Gallenberg.

Conjugem habuit Catharinam à Wagensperg filiam Christophori ex Veronica Gallin.

1. Joannem Adamum successorem.
2. Fridericum VI. qui infans decepit.
3. Elisabetham, quæ cœlebs obiit.

Obiit Jodocus Jacobus Anno circiter 1595.

Symbolum habuit : *Rerum irrecuperabilium maxima est virtus oblivio.*

XXIII.

Joannes Adamus Dominus de Galenberg.

Vix quatuordecim dierum infans patre orbatur, & ultimus & solus tunc suæ stirpis ; prolem tamen copiosam & felicem tulit.

Conjugem habuit Felicitatem à Scheyrn, Balthasaris & Mariæ Hallerin filiam, defunctam Anno 1650. die 21. Martij.

Prolem tulit 1. Joannem Fridericum de quo infra sub lit. G.

2. Georgium Sigismundum successorem.
3. Jodocum Jacobum, qui Anno 1677. cœlebs obiit.
4. Sigesfridum Sac. Cæl. Maiest. Capitaneum peditum, Labaci Anno 1662. immature defunctum, & in Münkhendorff tumulo ilatuum cœlibem.
5. Danielem V. qui infans obiit.
6. Adamum in infantia extinctum.
7. Joannem in infantia extinctum.
8. Mariam Catharinam vxorem Adami Zhetschker.
9. Annam Rosinam vxorem Wolfgangi Ferdinandi à Mordachs.
10. Sidoniam
11. Maximillam] quæ obiere infantes.
12. Elisabetham

Obiit vir æternitate dignus Anno 1664. die 12. Maij cum paulo ante ludiabilissime Deputatum Provinciæ egisset.

Sepultus in Castro Ainädt, cum hoc Epitaphio.

EPITAPHIUM.

Iohnes Adamus Dominus de Gallenberg : ab ortu suo, ad Patris occasum vix quindecim dies emensus, suæ Stirpis tunc ultimus, præmissâ jam potissimum prole, & Anno 1650. ipsâ Conjuge Felicitate à Schayrn Vicies matre, relictis tribus filijs & unica filia. Visis

D

Pro-

Pronepotibus obiit die 12. Maij, Anni 1664. Annos 75. natus. Cui huc illato filij, GEORGIUS SIGISMUNDUS, Sac. Cæs. Maj. Camerarius, JOANNES FRIDERICUS, & JODOCUS JACOBUS, Sac. Rom. Imp. Comites ac Domini de Gallenberg extructo hoc Choro & Chrypta monumentum posuere.

XXIV.

*Georgius Sigismundus Dominus de Gal-
lenberg.*

Sac. Rom. Imp. Comes, & Sac. Cæs. Maj. Camerarius, Provinciae Carnioliae secundum Deputatus.

Natus Anno ----- Coniugem habuit Catharinam Elisabetham Comitissam à Schrat-tenbach, Styram. Quæ obiit Anno 1678. sepulta in Mün-ckendorff.

Prolem suscepit

1. Annam Elisabetham natam 18. Octobris 1660. nuptam Comiti Joanni Adamo à Purgstol.
2. Wolfgangum Adamum natum 14. Junii 1662. obiit in Mensa Se-ptembri 1664. sepultus apud Divam Virginem in Monte Sancti Georgii.
3. Susannam Felicitatem, natam 14. Iulij 1663.
4. Dorotheam Sidoniam, natam 7. Septembris 1664. facta monialis in Münckendorff 25. Febr. 1580.
5. Joannem Richardum natum die Febr. Anno 1667.
6. Wolfgangum Weichardum natum 11. Maij 1669.
7. Rosinam Isabellam, natam die 28. Mense Octobr. Anno 1670.
8. Maximilianam natam 12. Octobris Anno 1673.
9. Sigefridum Baltasarum natum 13. Septembris 1675.

Ramus I. A.

EX GENERATIONE XII.

Conradus II. de Gallenberg.

Floruit Anno 1315.

Conjugem habuit Sophiam de Walsee.

Prolem suscepit 1. Conradum III. successorem.

2. Gallum de Gallenberg, qui reperitur notatus in litteris Anno 1340. 1341. 1347. & 1353. divisit cum patruo Arcem Gallenberg, & reli-

reliqua bona nominatur inter Benefactores Oberburgenses eodem Anno 1353.

3. Gotchalcum de Gallenberg, qui reperitur signasse litteras ad Annum 1348. aliud de eo non constat.
4. Seldam, forte Mechtildem vxorem Nicolai de Gerlochstein, quae vixit adhuc vidua Anno 1382.

Obiit Anno 1340.

Conradus III. de Gallenberg.

Floruit Anno 1352. & nominatur patruelis Wilhelmi, signavit etiam litteras Anno 1383.

Conjugem habuit Elsam seu Elisabetham **von der Dörn** / quae postea nupsit Ruelebius de Kosiach, vixit adhuc Anno 1397.

Prolem tulit Nicolaum II. de Gallenberg, vulgo **Nicfl von Gallenberg.**

2. Ruhelebium de Gallenberg, qui subscriptus reperitur in transactione Friderici Manglspurger, cum Domino Nicolao I. de Gallenberg Anno 1378.

Nicolaus II. de Gallenberg.

Floruit Anno 1396. de quo extant originales, in quibus ejus Conjunx appellatur Catharina de Mangespurch.

Prolem tulit Wilhelnum à Gallenberg, cui nupta, Ursula de Mayenburg, an stemma ulterius propagavit ignoratur.

Ramus H. B.

EX GENERATIONE XIV.

Albertus I. de Gallenberg.

Floruit Anno 1411.

Conjugem habuit 1. Margaretam de Tschernemburg Anno 1405.

2. Margaretam Deckherin, quae postea Anno 1416. nupsit Wolfharto Judenspan.

Prolem tulit Sigismundum V. successorem.

Obiit Anno 1413.

*Sigismundus V. de Gallenberg in
Osterberg.*

Nominatur filius Alberti Anno 1427.
 Conjugem habuit Barbaram ab Auersperg filiam Andreæ, ne-
 ptim Wilhelmi.
 Prolem tulit 1. Matthiam successorem.
 2. Alexandrum I. de quo nil præter nomen extat.
 Obiit incertum quo Anno.

*Matthias I. de Gallenberg in
Osterberg.*

Floruit Anno 1440.
 Conjugem habuit Elisabeth de Tshernahora.
 Prolem tulit Nicolaum VI. successorem.
 Obiit Anno.

*Nicolaus VI. de Gallenberg in
Osterberg.*

Dicitus vulgo *Nix von Gallenberg* / posset quis suspicari ; quod
 vocatus sit Phænix , vtpote vnus ex vnico proavi filio Sigismun-
 do nepos.
 Conjugem habuit.
 Prolem tulit 1. Wilhelnum IX. successorem
 2. Alexandrum II. dictum in Osterberg , qui sub Castro Osterberg æ-
 dificavit Lustall in confluentia Savi , Laibaci , Fraistrizy , & Fes-
 nizij fluviorum.
 Obiit Anno.

*Wilhelmus IX. de Gallenberg in
Osterberg.*

Conjugem habuit Ursulam de Mayenburg.
 Prolem tulit 1. Joannem III. successorem.
 2. Casparum III. qui sine liberis decessit.
 3. Ursulam , quæ fuit elocata Paulo Raspi Prætori Carniolia , ma-
 gna avia hodiernorum Raspiorum.
 Obiit-----

*Joannes III. de Gallenberg in
Osterberg.*

Conjugem habuit 1. Elisabetham filiam Caspari à Scheyern ex Elisa-
 betha de Semenitsch , 2. Annam de Lamberg filiam Christophori.
 Pro-

- Prolem tulit 1. Matthiam II. successorem.
 2. Felicitatem nuptam Joanni à Mettniz in Sagor.
 3. Agnetem nuptam Michaëli Hagen.
 4. N. nuptam Domino N. à Wernegkh.
 5. N. nuptam N.
 Hæ quatuor filiæ arcem Treffen vendiderunt Pancratius Sauer.
 Obiit -----

*Matthias II. de Gallenberg in
Osterberg.*

Conjugem habuit Dorotheam Seenussim filiam Christophori, quæ Postea nupsit Joanni Engelshauser.
 Prolem tulit Georgium III. postremum hujus lineæ Osterbergicæ, qui occubuit in Wichatsch Anno 1562. à Turcis Cæsus 1. Februarij. Et arx Osterberg & Lufthall ad Raspios devenerunt, propter Ursulam filiam Wilhelmi IX. supradictam, cæteris omnibus antea extinctis.

Obiit Anno -----

Ramus III. C

EX EADEM GENERA-
TIONE XIV.

Sigefridus V. de Gallenberg.

Floruit Anno 1390.

Conjugem habuit Annam de Groyat, forte de Gloyach, quæ vidua Anno 1414. nupsit Joanni ab Hochenwart 1416.

Prolem tulit 1. Wilhelnum VI. qui nominatur in litteris Anno 1414. 1416. 1439. Patruelis alterius Wilhelmi, & filius Sigefridi an vero aut liberos habuerit non constat.

2. Sigismundum IV. qui nominatur anno 1427.
 3. Conradum III. qui fuit Parochus Marpurgi, nominatur Anno 1424. & 1439.

Obiit Anno 1412.

Ramus IV. D.

EX GENERATIONE XV.

Wilhelmus V. de Gallenberg.

Floruit anno 1411.

Conjugem habuit Adelheidem à Siefenheim filiam Joannis.

Prolem tulit 1. Wilhelnum VIII. qui sine liberis decessisse videatur.

2. Andream I. successorem.
3. Jodocum I. qui notatur Anno 1470. & Anno 1462. interfuit expeditioni Viennensi pro Friderico III. Cæsare, ob id nominatur in diplomate quando nova insigni Carnioliae concessa.
4. Jacobum I. qui floruit eodem Anno 1470.
5. Conradum IV. de quo nil extat.
6. Catharinam nuptam Eustachio de Meltz.
7. Diethmutam nuptam Joanni à Kellerberg.

Obiit Anno 1427.

Andreas I. de Gallenberg.

Floruit Anno 1460.

- Conjugem habuit Gertrudem
 Prolem tulit 1. Andream II.
 2. Albertum II.
 3. Casparum III.
 4. Apoloniam, nuptam Caspero Apfältrer.
 5. Vrsulam nuptam Caspero Graasperger Anno 1457.

Obiit Anno 1471.

Ramus V. E.

EX GENERATIONE XVIII.

Andreas V. de Gallenberg, filius Friderici II.

Dominus in Sthenkhenthurn.

- Floruit Anno 1518.
 Conjugem habuit Vrsulam de Lueg, Andreæ filiam.
 Prolem tulit 1. Danielem II. successorem.
 2. Apolloniam nuptam Caspero à Rottmanstorff.
 3. Julianam.

Obiit -----

Daniel II. de Gallenberg.

Hic primus transiit in Styriam.

Conjugem habuit 1. Veronicam à Trautmonstorff.

2. Vrsulam à Pain.
3. Vrsulam à Moschaimb.

Transiit cum Friderico patruo propter Schenkhenthurn.

Obiit.

- Prolem tulit 1. Adamum successorem. 2. Evam. 3. Elisabetham.

4. Cla-

4. Claram vxorem Francisci Rüedt de Kollenberg, circa Annum 1570.

5. Ursulam.

Quæ an & quibus elocatæ sint non constat.
Daniel Anno 1529. cum Christophoro Katzianer Præfecto Leibnicensi nominatur in litteris reperitur idem Daniel anno 1558. cum hac Epigraphe Z. G. F. A. fortè *Zu Gottes Forcht Alles.*

Adamus I. de Gallenberg.

Conjugem habuit 1. Margeretam de Prankh.

2. N. Grosweinin ex qua:

Prolem tulit 1. Wolfgangum Adamum, qui nullos liberos suscepit, & obiit in Styria vltimus suæ lineæ.

2. Danielem IV.

3. Albanum, qui ambo sine liberis diem obierunt, huius vxor N. Schirfflingerin.

4. Sidoniam nuptam Christophoro à Prankh.

5. Mariam Elisabetham vxorem 1. Joann. Sigismundi de Greifnegkh. 2. Friderici Zâch de Lebmung. 3. Christophori Adami de Teuffenbach.

6. Rosinam vxorem Matthiæ de Melring.

7. Margaretam vxorem Wolfgangi Sigismundi Kuchler.

8. Georgium qui juvenis obiit.

Obiit Adamus anno -----.

Ramus VI. F.

EX GENERATIONE XX.

Erhardus de Gallenberg.

Conjugem habuit Rosinam ab Egkh Bonaventuræ & Elisabethæ à Maynburg filiam.

Prolem tulit 1. Fridericum V.

2. Annam vxorem Christophori à Prag.

3. Elisabetham, nuptam Joanni Maurilio de Greiffenegg. apud Bu-
celinum To. 3. G.

4. Felicitatem.

5. Agnetem de quibus nil præter nomen reperitur.

Obiit anno -----.

EX GENERATIONE XXIII.

*Joannes, Fridericus S. R. I. Comes de
Gallenberg.*

Natus Anno 1624. die 5. Martii.
Conjugem habuit i. Mariam Elisabetham Zetschkherin, ductam
Anno 1645 ex qua proles.
Prolem suscepit i. Danielem VI. S. R. I. Comitem.
Jodocum IV. S. R. I. Comitem qui obiit. &c.
2. Conjugem habuit Mariam Theresiam Comitissam à Thurri, & Val-
fassina ductam 30. Jan. 1667. quæ gravida, Labacum pergens sa-
na, superveniente Vomitu, & ut creditur inde Apostemate ru-
pto, obiit 27. Novemb. Anno 1671.



Joan-

TRIGINTA DUO MAJORES
COMITIS
GEORGIJ SIGISMUNDI,
DE
GALLENBERG.



Joan. Adam Dominus de Gallenberg.	Jobst Jacobus Dominus de Gallenberg.	Jodocus à Gallen- berg.	Christophorus à Gallenberg. Gatharina de Rain.	Fridericus à Gallenberg. Barbara L. B. ab Auer- sperg. Fridericus de Rain. Agnes Mordaxin.
	Polyxena ab Auer- sperg.	Trajanus L. B. ab Auersperg.	Elisabeth Frangepania Comit.	Pancratius L. B. ab Auer- sperg. Georgius L. B. ab Eck. Catharina Domina de Liechtenstain.
Catharina de Wagensperg.	Christ. à Wagen- sperg.	Joan. Lib. B. de Wagensperg. Hélène de Pöts- schach.	Erasmus D. de Wagen- sperg. Agnes ab Apfaltern in Roy.	Felicianus à Pötschach. Magdalena von der Dörr.
	Veronica Gallin.	Constantin Gall de Gallenstein. Helena L. B. de Lamberg.	Ulicius Gall de Gallenst. Marg. Saurerin de Graf- fenweeg. Sigismund. L. B. de Lam- berg. Vrsula L. B. Rauberin.	
Georgius. Bal- thasar de Scheyr.	Franz de Scheyr.	Erasmus de Scheyr. Felicitas B. de Lamberg.	Georgius de Scheyr. Margareta Domina de Lamberg.	
	Maximi- liana L. B. de Lam- berg.	Joannes L. B. de Lamberg. Kirchfelda ab Obritschian.	Joseph L. B. de Lamberg. Marg. Khuonin L. B. de Belafij.	Sigism. L. B. de Lam- berg. Marg. L. B. Schurpfin.
Catharina Hallerin ab Hallerstain.	Georg. Haller ab Haller- stain.	Clemens Haller ab Hallerstein. Sophia de Rosen- berg.	Jo. Haller ab Hallerstein. Euphemia Wuchrerin à Draßdorff.	Andreas de Rosenberg. Anna de Reissperg.
	Marta de Rau- nach.	Georg de Rau- nach. Catharina L. B. à Thurn.	Andreas de Rau nach. Jacomina L. B. Paradei- ferin.	Hermagoras L. Baro à Thurn. Anna ab Orzon.

THE
LITERARY
MAGAZINE
OF
CHURCH SIGISMUND,
CAPTAIN OF THE
ARMED GUARD,
AND
GENERAL OF THE
ARMED GUARD,
IN
THE
CITY
OF
ST. PETERSBURG.



SEXAGINTA QUATUOR MAJORES

FILIORUM DOMINI COMITIS,

GEORGIJ SIGISMUNDI

A
G A L L E N B E R G .



Joannes Richar-
dus, Wolfgangus
Waychardus, Si-
gefridus Waltha-
far Comites &
Domini à Gallen-
berg.

Georgius Sigism.
Comes & Domi-
nus à Gallenberg.

Felicitas de Scheyr.

Catharina Elisa-
betha Comitissa à
Gallenberga, nata
Comit. à Schrat-
tenpach.

Dorathea Sidonia L.
B. ab Eck.

Jobst Jacobus Dom. de Gallenberg.	Jodoc à Gallenberg. Polyxena ab Auer- sperrg.	Christophorus à Gallen- berg. Catharina de Rain. Trajanus L. B. ab Auer- sperrg. Anna L. B. ab Eck.	Fridericus à Gallenberg, Barbara L. B. ab Auerberg. Fridericus de Rain. Agnes Mordaxin. Pancratius L. B. ab Auerberg. Elisab. Frangepania Comit.
Joan Adam Domin. de Gallenberg.	Catharina de Wa- genperg.	Christoph à Wagen- sperrg. Veronica Gallin.	Georgius L. B. ab Eck. Cathar : Domina de Liechtenstain. Erasmus Dominus de Wagensperrg. Agnes ab Apfaltern in Roij. Felicianus à Pötschach. Magdalena von der Dör.
Georgius Sigism. Comes & Domi- nus à Gallenberg.	Georg Balthaser de Scheyr.	Franz de Scheyr. Maximiliana L. B. de Lamberg.	Ulricus Gall de Gallenstein. Marg. Saurerin de Graffenweg. Sigism. L. B. de Lamberg. Vrfsula L. B. Rauberin.
Felicitas de Scheyr.	Catharina Hallerin ab Hallerstain.	Georg Haller ab Hal- lerstain. Martha de Raunach.	Georgius de Scheyr. Marg. Domina de Lamberg. Joseph L. B. de Lamberg. Marg. Khuonin L. B. de Belafij. Sigism. L. B. de Lamberg. Margareta L. B. Schurpin. Erasmus ab Obrischan. Maria L. B. de Lamberg.
Joan. Frideric. Com. de Schrattenpach.	Felix L. B. de Schrat- tenpach.	Christ. L. Baro de Schrattenpach. Margar. de Tatten- pach.	Joann. de Schrattenbach. Amillia ab Altenhaus. Georgius Leyffer. Scholaistica ab Ehrnow. Wilhelmus Tattenpach. Dorothea de Neuhaus.
Catharina Elisa- betha Comitissa à Gallenberga, nata Comit. à Schrat- tenpach.	Maria Elisabetha L. B. ab Eck.	Sigism. L. B. ab Eck. Elisabetha Domina de Khienring.	Georgius L. Baro ab Eck. Cathar. D. de Liechtenstain Carnait Hieronymus ab Attimis. Catharina ab Orzon.
Dorathea Sidonia L. B. ab Eck.	Wolfgangus L. B. ab Eck.	Adam L. B. de Eck. Susanna L. B. de Die- trichstain.	Georgius L. B. ab Eck. Cathar. de Liechtenstain Carnait. Nicolaus Comes à Madruz. Marg. L. B. de Lamberg.
Anna de Praunsperg.		Christoph à Praun- sperrg. Felicitas L. Bar. de Schnizenpaum.	Wilhelmus à Praunsperg. Felicit. à Gallenberg. Wolfg. L. B. de Schni- zenpaum.
			Wilhelmus de Praunsperg. Lucretia de Lilienberg. Jobst Dominus de Gallenberg. Polixena L. B. ab Auerberg.
			Wilhelmus L. B. de Schnizenpaum. Anna Domina de Tschernebl.
			Georg Sigism. Lib. B. Dietrichstain. Anna Domina de Stahremberg.



SYLLABUS FAMILIARUM,
Quæ
COGNATÆ, ET AFFINESSUNT
D.D. COMITIBUS

a
G ALLENBERG.

A.



Uersperg.
Apfaltrer.
Arnberg.

21. 22. 26.

21. 28.

29.



D Eker.
Dör.

25.

25.



E Egkh.
Ehrenfels.
Emerberg.
Engelshaus.

22. 29.

12.

19. grilö
grilays M



F Inkenberg.
Fladniz.

13.

14.

Melis.

Münchow.

Mertins.

Möntebans.

Mördapse.

Mörsbach.

Muselgsmo.

14. 19. 22. 22. 23.

25.

22.

28.

29.

27.

29.



G All.
Gerlochstain.
Glanhoffer.
Grazperger.
Grafwein.
Groyat, forte, Glayach.
Graisenek.

G.



G

H, Ha-

Syllabus Familiarum,

H.

H Agen.	27.
H aller.	22. 23.
H arrach.	22.
H ebenstrait, vel probabilius H erberstain.	18.
H erberstain.	18.
H elfenberg.	19.
H ertenfels.	21.
H ohenwarth.	19. 27.
H opfenbach.	18.

I.

I Udenspan.	25.
K Ellerberg.	21. 28.
K hraig.	20.
K ofiach.	25.
L Avan.	14.
L angenmanthl.	22.
L ueg & Lienz.	21. 28.

M.

M örling.	29.
M ayenbutg.	22. 26. 29.
M eltz.	28.
M ündorff.	21.
M etniz.	21. 27.
M ontparis.	16.
M ordachs.	22. 23.
M oshaim.	28.
M angespurg.	18.

N.

N euhaus.	19.
O Sterbitz.	18.

Pain

D.D. Comitibus à Gallenberg.

P.

P Ain.	28.
Paradaiser.	19. 22.
Pettau, seu Stubenberg.	20.
Prag.	29.
Prank.	21. 29.
Praunspurg.	22.

R.

R Abenspurg.	14.
Rain.	21.
Reuttenburg.	19.
Rasp.	26.
Reichenburg.	21.
Reisperg.	20.
Rattmansdorff.	28.
Ruedt von Kollnberg.	29.

S.

S Aver.	22.
Sechenk von Osterbitz.	18.
Schärfenberg.	11. 16.
Semenitsch.	26.
Schayrn.	23. 26.
Schrattenbach.	24.
Schlöspurg.	19.
Stubenberg, seu Pettau.	20.
Sieffenhaim.	19. 27.
Siegersdorff.	21. 22.
Stahrenberg.	20. 22.
Sumerek.	13. 18.
Seenus.	27.

T.

T Rapp.	19.
Trautmonstorff.	28.
Tshernembl.	20. 25.
Truchses.	19.
Tshernahor.	20. 26.

Syl. Famil. D. D. Com. à Gallenberg.

Thurn.	30.
Teuffenbach.	29.
	W.
W agensperg.	23.
Waldstain.	19.
Walſeeē.	16. 24.
Waiffenek.	14.
Wellz.	21.
Weispriach.	16.
Weyxlberg.	22.
Wernek.	27.
Windischgraz.	18.
	Y.
Y Gger.	19.
	Z.
Z Ach de Lobming.	29.
Zakl.	22.
Zhetſchker.	23. 30.
Zobelsperg.	19.

F I N I S.



T Rabb.
T Luttmontgouſte
T ſpensmpt
T ſpensmpt
T ſpensmpt
T ſpensmpt
T ſpensmpt

adl. 3

ROSA URSINA. IN PROVINCIIS AUSTRIACIS FLORENS,

SIVE
ILLUSTRISSMÆ ET ANTIQUISSIÆ FAMILIÆ
ROMANÆ

V R S I N E,

Traduces in Slavoniam, Carnioliam, Carinthiam,
Styriam, Bohemiam propagatæ.

E X

Varijs Authoribus, documentis antiquis, præsertim MS. diplomatibus, ac
instrumentis originalibus

GENEALOGICE DEDUCTI:

A

JOANNE LUDOVICO SCHÖNLEBEN,
SS. THEOLOGIÆ DOCTORE PROTONOTA-
RIO APOSTOLICO,

E T

Honori ejusdem Illustrißimæ Antiquissimæ Familiæ
D. D. C. Q.



L A B A C I,

Typis JOANNIS BAPTISTÆ MAYR, Typographi Inclytæ
Provinciæ Carnioliae.

Anno CHRISTI M. DC. LXXX.

ROSA MIRIA

IN

PROVINCIIS AUSTRIACIS
FLORENS.

SINE

MULTIS RISUMA ET MUSICA FESTIMA
COMIX.

ARS IN

THEATRIS IN SALONIKA, CARTHAGE, CARTHAGINIS
POLYTA, POLYTA BIBLIOPHILAE.

EX

ALIAS IMPERATORIS ROMANORVM, S. GREGORII MS. LIBRARIAE,
LIBRARIAE VATICANAE, LIBRARIAE

GENEALOGIE DECIMI

JOANNIS FLAVICO SCHOLZI

STHOLOGERI DOCTORE PROTONOTARIO
AD AVSTROMOC.

AT

HONORIS FRANCIS LUDOVICVS ANDRELLVS LIBRARIS

D.D.C. 6



LACI

AB JOANNIS BAPTISTAE MARY, THEATRIS MIRIA
PROVINCIIS CARTHAGINIS

anno CHRISTI M DC LXXXV

N=05005920



PROOEMIUM.

Vrsina familia vna ex nobilissimis & antiquissimis Romanorum familijs primam ereditur traxisse originem à Gothis, vt refert Franciscus Sansovinus prioris seculi Geneographus insignis, qui integrum de ea librum conscripsit. Goths ex oriente vbi Græcis Imperatoribus modo auxiliares, modo hostes se præbuerunt, peragrata vniuersa Thracia & Achaia in Pannoniam progressos ad vsque mare Adriaticum omnia occupasse, ac demum Anno Christi 400. in Italiam Rege Alarico irrupisse in meis Annalibus Carnioliae ostendo. Hic Romam Anno Christi 410. occupatam, conjectit in cineres. Ab ea digrediens cum in Africam traijcere parat, extinguitur. Successor Athaulphus anno 412. in Gallias cum exercitu movet & Burgundiones ac Vandalos aggreditur, de quibus insigni potitur victoria. Inter alios primæ notæ Duces, qui sub eo militarunt, ferruntur fuisse duo germani fratres, quorum alter Gogiodiscus, alter Aldoinus appellati, de nobilissimo Gothorum sanguine prognati. Obtenta victoria non sine suorum jacturâ Gothi cum occisorum corpora colligunt, & sepulturæ mandant, reperiunt etiam Aldoini cadaver, quod vexillo rubro-albis strijs variegato involvunt, & cum Majale esset tempus, & vicinia plena rosas, ut defunctum egregium commilitonem honorarent, rosas in eum coniiciunt. Morem hunc rosas in demortuos & tumulos spargendi apud Romanos usitatum fuisse produnt antiquæ Inscriptiones. Interim ex hoc facto creditur in posteros Aldoini transmissum insigne Vrsinæ familie, quæ antiquitus Segmenta rubro - alba, sive strias purpureas in campo candido, & rosam pentaphyllam præfert in clypeis. Tumulato Aldoino, vxor ejus Lutteria peperit filium Posthumum, quem Mundillam, quod Gothicæ lingua sonabat Orphanum, nominavit, cumque ægrotaret ipsa paulò post moritura commendavit infantem mulieri indigenæ, quæ cum lacte careret, haberetque in villa sua Vr-

Franc Sanso-
vin.lib.de
fam.Vrsina
Franc. Pe-
trarcha ap.
hunc,

fos & Vrsas pro more gentis, applicuit infantem Vrsæ Vberibus,
 qui deinde cum adolevisset nominatus est Mundilla Vrsus, edo-
 ctusque à sua educatrice de parentum suorum fortuna, exarsit in
 odium Vandalorum, atque ut de ijs vindictam sumere posset,
 occasionem arripuit, quâ Petronius Maximus occiso Valentini-
 niano Imperatore Eudoxiam ejus viduam vxorem duxit, arre-
 ptâ simul Imperij Tyrannide, quod anno 455. accidisse retuli
 in Annalibus patriæ. Hunc igitur accessit, militiæ sub eo adscribi
 petiit, sed quia Maximus parùm addictus esset Gothis, recusa-
 vit Mundillæ Vrsi servitia. Hic mutato protinus consilio, cum
 jam Maximi dolo peremptum Valentinianum innotuisset, ac
 Gensericus ex Hispania evocatus ab Eudoxia Romanam venisset,
 assumptis pluribus in consortium Romanis juvenibus Mundil-
 la Vrsus Maximum fugientem persequitur, & interimit. Faci-
 nus hoc non apud Romanos tantum sed & apud Placidiam fi-
 liam Valentiniani Imperatoris, quæ postea Olybrio nupsit, ma-
 gnam Mundillæ gratiam conciliavit. Unde illa ad se vocatum
 Mundillam certis in Umbria possessionibus donavit, quos po-
 steri Mundillæ plurimum auxere. Et hæc secundum quorun-
 dam opinionem prima est origo, & fortè cæteris probabilior, Vr-
 sinæ familiæ. Plures alias conjecturas adducit Saniovinus, qui
 videri potest. Mundillæ porrò filius fuit Aldoinus II. qui annis
 fedecim sub Narsete copias duxit, ac Umbriæ Praefectus fuit. Ab
 hoc progenitus Cagus, pater Vrsini & Primieni, & plurium fra-
 trum, quorum posteri se per plura Regna & Provincias dilata-
 runt, facti etiam Principes & Duces, vtisunt Duces Tarentini,
 Duces Asculani, Duces de Gravina, Duces Bracciani & alij, Mar-
 chiones Veronæ, Mascherati, & de Tripalda, Comites Nolæ,
 Petigliani, Tagliacotij, Manupelli de Samo, de Matera, de Mu-
 ro, de Orsara, de Nerula, de Lamentana, de Capella, de Narni,
 de Minervino, de Spinazzola, de Penna, de Foglia, de Collesta-
 to, &c. in Italia, in regno Neapolitano, Sicilia, Hispania. Altius
 exorditur Ferrarius, qui Vrsinos à quodam Vipio Romano ori-
 ginem habere suspicatur. Ejus verba hæc sunt: *Hæc illa nobilitas,*
quæ suprà mille & Sexcentos annos in clarissimo viro Vipio Vrsino E-
questris loco nato se floruisse gloriatur: quæ deinde per longam Heroum
posteritatem, atque (ut paucos numerem ex infinitis) per quatuor Pon-
tifices Max. per purpuratos Patres quatuor & triginta, per duos &
Sexaginta Romæ Senatores, per ejusdem Principis Urbis Praefectos qua-
tuor, per Ecclesiæ Romanæ vexilliferos sex, per centum bellicos Impera-
tores, per Consules, per utriusque Siciliæ magnos Comites stabiles, per
orato-

Joan. Bapt.
 Ferrar orat.
 35. Inscript.
 vet. Vrnsæ
 Roma.

oratores, Legatos, Moderatores Provinciarum, Satrapas, Proreges, Aurei Velleris, S. Michaëlis, sanctique spiritus Equites, per magnos Rhodiorum, Templariorumque, & Teutonicorum Equitum Magistros, per Principes Tarantinos, per Duces, Marchiones, Comites, Imperij Electores, Antistites ipso numero plures, per connubiorum communione contractas affinitates magnis Ducibus, cum Hispaniae, Galliae Angliae Regibus, atque cum ipsis Imperatoribus, per sanctissimos viros plurimos praesertim verò geminos Vrsinos, alterum Apostolorum Auditorum, Gregorij Magni Pontificis celebrem alterum: per Volusianum Praefulem Iuronensem eundemque Martyrem, per Monasticae familiæ in occidente Conditorem Benedictum propagata: quæque per generosos traduces in Hispaniam, Galliam, Angliam, Slavoniamque diffusa, & ad potentissimos dominatus traducta &c. Hæc ille. Cæterum ex hac Illustrissima familia prodierunt summi Pantifices, Cardinales Episcopi penè innumeri, heröes toga & Sago clari penè tot quot hujus nominis, de quibus videre licet Sanfovinum peculiari libro de viris Illustribus Domūs Vrsinæ, Josephum Bonafe in MS. ad Felicem Mariam Vrsinam Ducissam Sermonetæ &c. Hieronymus Henninges in opere Genealogico ante 90. annos impresso, deducit ab Vrsinis Romanis Duces Saxoniæ, Marchiones Brandenburgi, Comites Cliviæ, Ascaniæ, Rappoltsteinios &c. addit Josephus Bonafe Rosenbergios in Germania, Bohemia, Austria, & de Trivel in Francia &c. Idem Author ostendit Vrsinorum parentelam & cognationem cum præcipuis Europæ Regibus ac Principibus. Elisabetha Regina Angliæ Virginium Vrsinum Ducem Bracciani patrem Pauli Jordani Ducis nuper defuncti, & Virginij Cardinalis etiam in electio-
Joseph. Bonafe in Relat. MS.
ne Innocentij Papæ XI. defuncti, cum illam adiisset Londini, agnovit pro suo consanguineo, eique ostendi curavit suam Arborem Genealogicam, & descendantiam ab Vrsinis, & ipsa quoque arma seu Insignia ut Reginæ Angliæ, in quibus est vnum quadrum cum rosa Vrsina pentaphylla. Neque hoc contenta, cùm daret audientiam, volvit illum sedere sub Baldachino in sua præsentia. Ferdinandus & Ladislaus Reges Neapolis habuerunt vxores, hic Mariam, ille Catharinam Vrsinas. Joannes Vr-
sinus habuit vxorem Mariam de Aragonia filiam naturalem Ferdinandi Regis Neapolis. Raymundus Vr-
sinus habuit vxorem N. quæ fuit soror Alphonsi I. Regis Neapolis, & marito attulit Ducatum Amalfitanum pro dote. Wenceslaus Rex Bohe-
miæ, cognomento Pius, & sanctus, filiam suam Juditham elo-
cavit Gentili Vrsino Duci Tarentino. Alphonsina filia Roberti

Vrsini fuit vxor Petri Medicæi, mater Laurentij Ducus Vrbini, qui poste à filiam suam Catharinam elocavit Regi Franciæ Henrico II. socrum postea Philippi II. Regis Hispaniarum. Paulus Jordanus Vrsinus Dux Bracciani nuper defunctus habuit vxorem Isabellam, filiam Cosmi Magni Ducus Hetruriæ. Clarix Vrsina fuit vxor Laurentij Medicæi, mater Leonis Papæ X. Martia Vrsina fuit vxor Marchionis de Marignano, qui fuit frater Pij Papæ IV. Hieronyma Vrsina Ducissa Castri fuit mater duorum Cardinalium Farnesiorum, Alexandri & Ranuccij, ac duorum Ducum Horatii, & Octavij, illius de Castro, hujus Parmæ & Placentiæ Ducas, &c. Nunc proprius ad nostrates Vrsinos accedamus.

GENESIS VRSINA IN TERRIS AUSTRIACIS.



Riplex ramus Romanæ Vrsinæ familiæ transplanta-
tus in provincias Austriacas ante annos sexcentos viruit, &
floruit usque ad annum Christi 1612. quo Petrus Vrsinus de
Rosenberg obiit, & in eo ramus Bohemicus hujus prosapia
exaruit, succendentibus in hereditatem Dominis de Novodomo, & his
quocunque extinctis, bona & titulos adjerunt Comites de Slauvata.

Primus Vrsinorum Româ in has partes adventus (quantum ex Ge-
nesibus eorum & historijs haec tenus assequi potui) fuit anno 1155. vel cir-
citer, quo scilicet Romæ Arnaldistæ heretici omnia susque deque misce-
bant, vt multi vel in exilium pellerentur vel sponte discederent. Tunc
enim in Carinthiam vel potius Carnioliam (eo tempore adhuc conjun-
ctam Carinthiæ) venit Nicolottus Vrsinus Romanus, qui sedem fixit in
Carniola, incertum quo loco, sed ex circumstantiis verosimile videtur
in Marca Vindorum aut in veteri Japydia circa Mettlingam. Quod solus
ex hac familia non advenerit, colligitur ex diplomate mox adducendo.
Unde licet non reperiatur quinam alij Vrsini, & quomodo nominati
cum illo venerint, & ubi locorum confederint, argui tamen potest un-
um aliquem sive Nicolotti fratrem, sive patruelem (si non plures) etiam
in ipso Meditullio Carinthiæ hodiernæ sedem fixisse, à quo deinceps legi-
tima serie descenderunt mutato nomine Rosenbergij, qui post unum se-
culum divisi alij migrarunt in Bohemiæ ibique lares fixerunt, alij re-
manerunt in Carinthia, sequentibus temporibus in Styriam & Carnio-
liam digressi: quæ omnia non pure conjecturando, sed authorum & MS.
testimoniis evincemus.

§. I.

Familia Vrsina Blagayana.

Nicolottus Vrsinus (vt dictum) Româ sive pulsus sive sponte disces-
sit propter tumultus in urbe gliscentes circa annum 1155. & in Ca-
rinthiam

rinthiam se contulit ad Hermannum Goritiæ Comitem Istriæ & Crainburgi Marchionem, apud quem honorifice susceptus, cum suæ nobilitatis pariter & virtutis specimina edidisset dignus est visus, cui Hermannus Marchio propriam filiam in matrimonium elocaret. Filiae nomen non exprimitur, sed in diplomate & privilegio factum adstruitur. Verba ipsa antiquo sine dubio originali tunc extante recitat in suo diplomate Maximilianus II. Imperator vbi confirmat privilegia & immunitates Comitum Vrsinorum de Blagay, sub dato die 7. Novemb. anno 1571, inserto verbatim Privilegio Henrici Regis (quem Hungari Emericum scribunt) sub dato anno 1200. Christi, regni Henrici primo. Placet hic excerpere quæ huic instituto deserviunt.

Henricus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, &c. ad universorum tam modernorum, quam posterorum volumus pervenire notitiam, quod cum Illustris pater noster Rex Bela in Ducatu Slavoniae quendam nobilem de Teutonia nomine Albertum de Michovo habuerit commetaneum, cuius terra à latere Ducatus Slavoniae juxta Podgoryam & Gorichiam esset sita: idem Albertus confinia ipsius Patris nostri potenter invadendo, quam plures homines neci tradere captos abducere, bona quoque recipere eorum, & possessiones Regias omnino igne vastare consueverat: Dum ejusmodi gravissima & contumeliosa acta, populiisque miserrima afflictio ipsius Patris nostri auribus insonuissent: nos videlicet filium suum, una cum duodecim Regni sui potentioribus Magnatibus, in manu potenti ad devastandum Dominum, proterviamque ejusdem Alberti comprimentam delegaverat: interimque nondum nobis ad prosequendum ipsum paternum mandatum iter dirigentibus, quidam Patris nostri fidelis Nobilis magnanimus nomine Stephanus Nicolotti filius, quem ortum de Genealogia Vrsinorum Comitum & senatorum urbis Romanae de vico Lateranensi à partibus transmarinis revera agnovimus fore, & propter quandam seditionem atque tumultum inter ipsos Comites & senatores urbis Romanae suscitatas exivisse, & ad Magnificum virum Dominum Hermannum Comitem de Gorichia, in partibus Karinthie existentem venisse, ac filiam suam ritu legitimo matrimoniali in uxorem sibi ducisse. Hic Comes Stephanus attendens & considerans tribulationes, & contumelias atque oppressiones gentium antedicti Ducatus Slavoniae graves, sperans quoque se posse ipsi opem consolationis ferre, atque eis in bujusmodi jugo & oppressione miserabili patrocinari valere, ipsi quoque Patri nostro, & nobis, totique Regno notabile & supremè acceptable obsequium servitutis impendere debere. Missis itaque fidelibus ambassiatibus suis, ab eodem Patre nostro circa bujusmodi oneris assumptionem, servitijke executionem, licentiae & admissionis facultatem impetrare: quasibi exinde adhibita idem Comes Stephanus non post multorum decursum dierum, vñà cum non modica suorum pharaliga fidorum armatorum familiarium, terram annotati Alberti potenter animoseque invadens, & ipso similiter cum suis sibi occurrente, inter partes utrasque duro diutius certaminis conflictu servato: ubi quatuor ipsius Stephani Nobiles viri sibi in linea consanguinitatis proxime, & septem strenui sui milites per lineam similiter proximitatis attinentes occubueré, ipseque in suo corpore non pauca suscepit vulnera gravia. Ad ultimum vero ipsi Alberto fortunā novercante, ut cunctis jam bonis tam suis quam incolarum suorum destitutus, ac antefato Michovo, nec non Dominio, & possessionibus penitus infavillam redactis &c. eundem nibilominis Albertum alias indomabili corde tumescientem, jamque permollitum & præcipitem ad pedes ipsius Domini & Patris nostri collapsurum, & ab eodem misericordiam & veniam de commissis imploraturum

Inscr. MS.
Blagayna.

turum &c. per suam probitatis industriam & virtuosæ militiae laudanda opera ; licet in vitum compellere fecit , &c.

Post nonnulla interjecta iterum ait Henricus Rex : *Respectu quorum idem piæ memorie Pater noster in signum specialis dilectionis, quam in cordis sui arcano gestans in ipsum Comitem Stephanum ficerat : animadvertisq; ipsum de originali & generosa urbis Romanae senatorum Genealogia surrexisse, & tam virtuosis innumeris gestis, claraque fidelitate & industria, ac laudabili strenuitate insignitum fore &c.* de Prælatorum & Baronum communicati consilij provida deliberatione ipsi Comiti Stephano arma seu insignia sua Regalia vigore sui juramenti præsentibus nobis , & quandam terram Wodicham vocatam in partibus inferioribus Slavoniae , in contignitate districtus Zavæ & Dubichæ existentem &c. dare & conferri facere pollicitus extitisset , &c. Addit deinde cum interea Bela Rex pater obiisset , se paternam voluntatem exequi , & præfato Stephano Comitatum Wodicha conferre , ac arma seu insignia augere , provilla etiam gestant Vrsini de Blagay posteri hujus Stephani , & Nicolotti Romani.

In alio rursus Privilegio Maximiliani II. Imperatoris quod dedit Francisco Comiti de Blagay eodem anno & die quo alterum , nempe die 7. Nov. An. 1571. inseritur diploma Andreæ Regis Hungariæ , quo Rex , Stephanum & Baboneg eorumque posteros eximit ab omni jurisdictione Banorum , & judicium regni , Datum diplomatis est anno Christi 1318. Libet etiam ex hoc pauca decerpere.


Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex præsentium & futurorum notitiae clarescere per hæc scripta volumus laudabilem constantiam fidelitatis , ac strenua multi faria servitorum obsequia fidelium nostrorum dilectorum Baboneg & Stephani Comitum de Wodicba , filiorum quondam Comitis Stephani de Goricha , quos veroloquax preconij fama & veritatis experientia de originali domo & stirpe generosa Vrsinorum Romanae urbis senatorum propagatos testatur. Nam inter cætera eorum laudabilia servitia &c. cum nos divino monitu versus terram sanctam sepulchri nostri salvatoris , ud defendendum in brachio potenti , salubri cum prosperitate profecti fuissimus , idem Comes Stephanus , frater dicti Baboneg , non monitu nostro angariatus , quinimo claræ fidelitatis voto instinctus , ad nostrum decus cum suis , & ejusdem fratris sui proximis familiaribus notabilibus , satis honesto cætu , & congruo , armis decenter fulcito Equitibus ducentis & quinquaginta , pecuniarum ipsorum proprietarum in expensis , per iter continuum , nostro felici in aditu & redditu , nobiscum procedere , diurnoque & nocturno temporibus nostri in custodia persistere &c : nobis adesse atque ministrare non dubitavit . &c.

Extat adhuc originale diploma Andreæ Regis , sed Regis Henrici solidum authenticum. Ex quibus Colligitur ; quod cum Stephanus Comes de Goricha seu Goritia , à matre sic appellatus floruerit anno 1198. quo Albertum de Meichau sive Michovo Regis Hungariæ nomine domuit , parentis ipsius Nicolottus circa annum 1155. Roma in Carinthiam venerit & Hermanni ex Comitibus Goritiæ Marchionis Istriæ & Crainburgi filiam duxerit. Hermannus iste non reperitur in Genesi Comitum Goritiæ nisi apud Lazio de migrat. gentium , qui videtur confundere Comites Goritiæ cum Ducibus Meraniæ , quia utriusque à Comitibus Andecensibus originem traxerunt. Vnde Ottonem Episcopum Bambergensem , qui fuit Andecensis ponit fratrem Hermanni prædicti , & hunc dicit Imperij beneficio obtinuisse Marchionatum Istriæ : unde quod vocetur Hermannus

mannus Comes Goritiæ sensus est, quod fuerit consanguineus & ejusdem stirpis cum Comitibus Goritiæ, & quidem in proximo gradu. Nam Albertus Andecensis (si fides Lazio) anno 1076. investitus est ab Henrico I V. Imperatore Comes Goritiæ, & habuit fratrem Bertholdum Marchionem Istriæ, ex Alberto natus est Hermannus, qui in Marchionatu Istriæ videtur successisse Conrado II. Dachaviensi anno 1158. defuncto Bergomi.

Colligitur 2. Nicolottum Vrsinum non solum Roma advenisse, sed plures ejusdem sanguinis cum illo. Non enim spatio quadraginta annorum ipse & filii potuerunt familiam ita multiplicare ut cum Stephano de Goricha in prælio anni 1198. quatuor nobiles proximi ejus consanguinei & septem milites etiam propinqui cognati occumberent. Verosimile igitur est advenisse cum illo etiam aliquem nominatum Vitellum Vrsinum, qui si non frater Nicolotti, fuerit saltem patruelis illius, & cum Stephanus apud Hermannum Marchionem mansisset, Vitellus se contulerit ad Ducem Carinthiæ Heinricum Sponheimensis prosapiæ cognatum Andecensibus, & ibi sede fixa propagaverit stemma, mutato nomine ab insignibus Rosæ dictus de Rosenberg. Certum enim est Rosenbergios ante annum 1200. in Carinthia floruisse, licet de certo anno determinate non constet, quo in eam migraverint, sed probabile tamen est vna cum Nicolotto prefato Româ advenisse, circa eundem annum 1155. Certum etiam est Rosenbergios, qui in Bohemia diu floruerunt, & nostro primū seculo extinti sunt, fuisse germen Vrsinorum Romanorum, quod prædicatum & ipsi usurparunt, & Romani ipsi Vrsini eos ut tales agnoverunt. Certum præterea videtur esse quod Rosenbergij Bohemi ex Rosenbergijs Carinthiis traxerint originem, & è Carinthia migraverint in Bohemiam, non econtra, vt infra ostendam.

Colligitur 3. jam inde à primo adventu Nicolotti in Carinthiam, & ejus fili Stephani migrationem in Slavoniam constitisse & publicis Regum diplomatis firmatā fuisse, & majores nostrorum Comitum de Blagay fuisse verè & indubitate ex prosapia Vrsinorum Romanorum: vti ex allatis instrumentis seu Privilegijs Henrici, & Andreæ Regum Hungariæ liquet. Et tales semper hactenus agniti sunt ab ipsis Vrsinis Romanis: unde inter ipsorum Vrsinorum Romanorum documenta invenit Franciscus Sansovinus Franciscum Vrsinum Comitem de Blagay, qui spoliatus suis possessionibus occupante Turca Slavoniam, primus iterum Carnioliae immigravit circà annum 1550. quo Turca per Slavoniam grassatus omnia sibi subjecit: licet in eo erraverit Sansovinus quod Franciscum hunc Polonum fuisse putaverit. Vidi etiam ego plurimas familiares Epistolas Pauli Jordani Dicis Bracciani Vrsini ad Illustrissimum Dominum Eberhardum Leopoldum Vrsinum Comitem de Blagay in quibus eum semper nominat cognatum suum: atque adeò de hoc nullum amplius dubium esse debet.



TRIGINTA DUO MAIORES
**ILLUSTRISSIMI DOM. COMITIS
 WEICHARDI LEOPOLDI
 URSINI DE BLAGAY.**

Franciscus Vrfinus Comes de Blagay	{ Georgius Gomes de Blagay	{ Joan. Weichardus Comes de Blagay.	Eberhardus Leopoldus Comes de Blagay	Franciscus Adamus Comes de Blagay Vicecomes
Magdalena de Lamberg				
Joannes XI. ab Aursperg Baro.	{ Felicitas ab Aursp.			
Anna Baron. ab Eggk				
Simon de Zuetkovitsch N. --- de Ritschan.	{ Stephanus de Zeutkovitsch	{ Felicitas de Zuetkovitsch		
Georgius Barbo de Wachsenft. Elisabetha ab Edling	{ Vrfsula Barbin			
Georgius Paradeiser Anna de Purgstall	{ Augustinus Paradeiser	{ Wolfgang Co. Paradeiser		
Georgius de Weissenegg Barbara de Khünburg	{ Barbara de Weissenegg.			
Georgius ab Hallenberg N. ---	{ Joannes ab Hallenberg	{ Magdalena ab Hallenberg		
Michaël Glowitzer Elisabetha de Prösing Baronissa	{ Dorothea Glowitze. (alibi nominatur Joanna)			
Herwardus ab Aursperg Maria Christina Baronissa de Spaur.	{ Christophorus ab Aursperg Baro.			
Joan. Bernard. Ba de Maltzan Elisabetha de Lämnnitz & Mefritsch.	{ Anna de Maltzan	{ Herwardus ab Aursperg L. Baro.		
Balthasar Katzianer Juliana de Sintzendorff	{ Georgius Andreas Katzianer	{ Felicitas Katzianerin.	Jo. Ardreas Comes ab Aursperg	
Wolfgangus de Turri Rosina ab Intersee	{ Elisab. Co. de Turri. Vidua Jo. Jacobi de Lamberg			
Balthasar de Lamberg Anna de Puchaim	{ Wilhelm. de Lamberg in Saunstein.			
Joannes XI. ab Aursperg Anna ab Eggk in Hungerspach	{ Anna ab Aursperg in Schönberg	{ Herwardus de Lamberg in Saunstein.	Anna Elisa Comit. de Lamberg	Sibylla Constantia Co. ab Aursp.
Joan. Georgius de Lamberg Felicitas ab Harrach	{ Joan. Jacobus de Lamberg in Stain			
Wolfgangus Co. de Turri Rosina ab Intersee	{ Elisabetha Comes de Turri.	{ Maria Salome de Lamberg in Stain		

Familia Vrsina Rosenbergica Bohema.

DE Rosenbergijs Bohemis plura sunt controversa, plura observanda
1. an re ipsa fuerint Vrsini propagine, sicuti Comites de Blagay. 2.
vtrum Romà immediatè in Bohemiam venerint, vel aliunde. 3.
quando venerint in Bohemiām. 4. vtrum eorum Genealogia quam pro-
ducit Bucelinus Tomo III. & rursum Tomo IV. Germaniæ sacropropha-
næ sit sincera & non depravata.

De I. puncto, jam suprà monui quod Rosenbergij Bohemi ab ipsis
Romanis Vrsinis agniti sint haec tenus, tanquam legitimum & genuinum
germen Vrsinæ familiae. Nam Sansovinus superioris seculiscriptor, qui
Romanæ Vrsinæ Domus documenta in manibus habuit, non uno in loco
tales profitetur. Josephus Bonafe, quem MS. apud me habeo, scribens
ad Felicem Vrsinam id ipsum attestatur. Alius Anonymus MS. cuius co-
pia apud me est, similiter familiam Vrsinam etiam in Bohemiam esse dilata-
tam per Rosenbergios asseverat. Solus, quod haec tenus sciam me legisse
Bohuslaus Balbinus in nupera sua Epitome hoc in dubium vertit, allegans
Dresserum, Brotuffium, Crollium, quos non vidi. Putantisti Vrsinos
Romanos ortum habere ex Bohemis, non econtrā. Verba Bohuslai ap-
pono : *Vltimi ad nos Rosenses Crumlovij Domini humani ingenij curiositate
(an ignorantia potius) cum domestica illis disorderent, stemma suum Slavicum
& Bohemicum non esse dicere maluerunt, atque ut Principes haberentur ex I-
talia ab Vrsinis Romanis Principibus descendere gloriabantur: quanquam lucu-
lenter errabant, ipsi enim Rosenses Vrsini Romani ex Saxonia Bohemis vicina,
atque ex Hercinijs prodierunt, ut diligens in primis Germanicæ nobilitatis &
stematicis indagator Ernestus Brotuffius demonstrat. Probat ille Dominus
Bebrn vel Beringeros ad sylvam Hercyniam Ballenstedij & Ascanie Dominos
(qui nunc sunt Principes Anhaltini) veros esse Vrsinos, & Rosam & Vrso in
insigni gestasse &c. Hæc Balbinus, & addit de sententia Brotuffii suum ju-
dicium : *Fides sit penes authores: multa hic controversa video, quæ defendere
non est animus.* Paulò post iterum ex sua mente ait : *Vokones (quo nomine
Rosenbergici Proceres gaudebant, in ultima Bohemia antiquitate reperiuntur.
Meminit Vokonis Comitis in historia Bohemiae vetustissimus scriptor Cosmas cum-
que anno Domini 968. annotat obiisse: quod si semel admittitur, tum gentes
Illustrissimam Rosarum non ex Germania Boleslai sevi Ducis tempore, sed lon-
gè ante venisse, ac forte (quod Paprocius mavult) cum Czecho gentis Princepe
in Bohemiam ascendisse dicendum erit. Excistimo itaque Rosenses omnes tam
illos, qui rubram, quam illos, qui albam, auream alteriusve coloris Rosam si-
ve unam, aut etiam plures gestarunt Slavicae originis fuisse, meritoque in Bo-
hemica multoque magis in Slavica nobilitate omni etate numeratos fuisse, &
quamvis ab Vrsinis Romanis descendissent, ipsos tamen Vrsinos à nobis profici-
isci, & Dresserum, & Brotuffius & Crollius docuerunt.* Hæc ille, qui potuiss-
set etiam addere Henningem. Hic enim eadem tradit, sed fatetur Ballen-
stedii & Ascaniae Dominos, Anhaltinos, Saxoniae Duces, & alios ab Vrsi-
nis Romanis primam traxisse originem, & rursum ex ijs Romam traduces
transmisisse, qua de re hic disputare supersedeo : pauca tamen de Balbini
discursu observo. I. quod non vltimi Rosenses ab Vrsinis se descendere
gloriati sint, sed pridem eorum majores. Nam anno 1384. ab Urbano*

Balbin, in
Not. Epito.
rer. Boh I. 2.
ad cap. 12.
f. 144.

Papæ VI. inter alios creatus est Cardinalis Petrus de Rosenberg Bohemus, qui in Vaticanis scripturis nominatur *Petrus de vrsinis Dominus de Rosenberg*, nobilis genere de regno Bohemiae natus, vti est apud Ciaconium in Urbano VI. & apud Oldoinum in eodem Tomo. 2. de vitis Pontific. & Cardd. col. 656. non igitur postremorum hæc fuit sive ignorantia, sive ambitio. 2. esto verum esset, quod Vrsini Romani prodierint ex Saxonia, sed ipsi illi Saxones prodierunt à Romanis si vera sunt, quæ adducit Henninges. 3. Hodiegni Vrsini Romani agnoscunt etiam Anhaltinos & Saxoniæ Duces ab origine cognatos, sed vtri ab alijs ortum habent vix putem ab illis discerni: credunt enim scriptoribus. 4. argumentum illud quod Anhaltini in clypeo gestant rosam & Vrsum, non probat illos esse origine Vrsinos, quia Vrsini Romani nusquam gestarunt in clypeo Vrsos, sed solùm Rosam, & rubro-albas fascias invicem mixtas. Hæc de primo puncto sufficiant.

De 2. puncto maior est difficultas, quam fortè cum lectoris approbatione complanabimus. Existimo itaque Vrsinos Rosenbergios (vt suè insinuavi Româ discessisse vna cum Nicolotto Vrsino Comitum de Blagay propagatore, & primum consedisse in Carinthia, ex Carinthia migraffe in Bohemiam, quod probo 1. quia ante annum 1150. nulla mentio reperitur sive in Authoribus impressis, sive in MSS. de Rosenbergiis. Bucelinus, qui asserit, & me per literas commonefecit, se Genesim Rosenbergiorum Bohemorum accepisse ex antiquis Archivis & scripturis eorundem DD. de Rosenberg, non potest altius ordiri, quam ab anno 1150. quo author illius Geneseos (sine dubio Bohemus) reponit floruisse Viteck de Rosenberg, parentem Vitek II. & Henrici, quos floruisse asserit Tomo III. ad annum 1190. at To. IV. in correctiore Genesi ad annum 1222. nisi sit error Tipographi, quæ non cohærent, quia sic filius fuisset parente senior, sed de hoc infra. Accedit argumento robur ex Balbino (quem puto esse Authorem Arboris Rosenbergicæ Bohemæ) hic enim fatetur cognomentum Rosenbergiorum paulò ante annum 1200. usurpari cæptum: quod & nos asserimus, sed addimus, prius in Carinthia, quam Bohemia usurpatum: si ergò Rosenbergij Bohemi non potuerunt antiquiores maiores reperire, quam ab anno 1150. videtur omnino certum esse ipsos Roma circà illum annum discessisse, & quidem occasione qua Nicolottus noster in Carnioliam. 2. quod considerint in Carinthia probo, in Carinthia illo seculo floruisse Henricum de Rosenberg parentem Christiani certo constat ex lapide sepulchrali, qui defacto extat Frisia ad S. Bartholomæum, vbi anno 1230. 5. Idus Octobris sepultus est Christianus filius Henrici de Rosenberg, ergò Henricus adhuc priore seculo floruit, & fortè etiam alius Henrici parens: non constat autem in Bohemia id temporis aliquem vixisse hujus nominis de Rosenberg, ergò prius in Carinthiam venerunt Rosenbergij Vrsini, quam in Bohemiam: licet enim Balbinus producat Vitek duos & unum Henricum tanquam primos hujus familiæ, illi tamen non vixerunt in Bohemia, sed in Carinthia, vt ex sequentibus constabit. 3. quia Sansovinus, cui communicata fuerunt omnia documenta domiñi Vrsinæ Romanæ quando ejus Genesim concinnabat, disertè asserit Vrsinos in Bohemiam venisse sub Wenceslao sexto Rege Bohemiæ, sic enim habet Sansovinus: *avenne che vivendo Vincislao sesto re de Boemi, si trovò in Praga un certo Dottor di Leggi, il qual ragionando col Re della nobiltà Roma, gli disse tante cose de gli Orsini à quali*

quali portava affectione , che al Re venne desiderio di maritar Giuta sua figliuola à Gentile Orsino , unde poi nacque la famigliarità grande , che fù sempre tra i Re di Boemia , & gli Orsini , frà i quali effendo poi in somma sua gratia Matthæo Cardinale pregato grandemente da Vincislao che gli mandasse un sufficiente Legista per riformar Le Leggi del Regno , il Cardinale gli diede Getio de Orvieto famoso Giuris consulto &c. Habemus hic Regem sub quo Vrsini venerunt in Bohemiam , nempe sub Wenceslao sexto Rege , quem alibi idem Sansovinus vocat sanctum , quod prædicatum habuit Wenceslaus filius Ottocari in prælio contrà Rudolphum Habsburgicum occisi : & hic reverè fuit Rex Bohemiæ sextus , vt tradunt omnes Bohemi scriptores . Sed in eo aberrat Sansovinus quod dicat Vrsinos primò venisse in Bohemiam sub hoc Wenceslao sexto , cum potius deberet dicere sub Wenceslao quarto , qui ab anno 1230. vsque ad annum 1253. rexit , vt aliunde probabimus . Nam jam ante Wenceslaum VI. fuerunt Rosenbergij in Bohemia , quorum Wocko fundavit Monasterium Altovadense Anno 1259. post obitum Wenceslai IV. Eadem dē adventu Vrsinorum in Bohemiam habet Josephus Bonafe deceptus haud dubiè à Sansovino . Quod verò de Gentili Vrsino & Mætthæo Cardinale refert hic Author ad posteriorem Wenceslaum spectant , quia isti vixerunt sub Wenceslao VI. Matthæus quidem Cardinalis creatus an. 1262. obiit 1305. Gentilis verò eo tempore floruit , quo Philippus IV. cum Edvardo Rege Angliæ bellum ges- sit & quo ad Petri clavum assumptus fuit Cælestinus V. id est anno 1294. De Connubio verò Gentilis cum Gutta vel Juditha Regis filia vetustiores hoc habent : quod nata sit anno 1297. die 2. Junij ex cuius partu mater Gutta Habsburgica obiit post 17. dies , quam paulò post subsecuta filiola Gutta. Balbinus verò recens scriptor notavit : *Hoc eodem tempore (nempe circa annum 1295.) nescio quo consilio Rex Wenceslaus adductus , filiolam suam infantem Juttam nomine Gentili Senatori Romano despensavit , sed puella brevi morte soluta.* Consilium Wenceslai in promptu est. Gentilis Romanus Vrsinus jam tunc erat Princeps Tarantinus , agnoscebat Rosenbergios Bohemos suos cognatos , qui tunc in Aula Wenceslai VI. erant inter primarios , vt fatetur ipse Balbinus : potuit itaque sive in persona forte invisendo cognatos , sive per literas impetrare Regis filiam infantem pro sponsa , non minus , quam successoris Regis Joannis filiam ejusdem nominis Juttham obtinuit Sponsam Comes Barrensis in Gallia , teste eodem Balbino : sed interim Gentilis Sponsam suam non obtinuit . Quidquid sit de hoc . Verius putem asseri posse quod Rosenbergij venerint in Bohemiam sub Wenceslao IV. Rege , quod mox probabo .

De 3. punto igitur , quando Rosenbergii venerint in Bohemiam ita sentio . Cum constet Rosenbergios fuisse in Carinthia ante ann. 1200. vt supra dictum , non constet autem Rosenbergios ante id tempus fuisse in Bohemia , licet in eorum Genesi recenseantur Viteck & Henricus vixisse anno 1190. quos in Carinthia vixisse infra probabo , quærendum est tempus aliquod post annum 1200. quo Bohemiæ immigrarint . Et quia documenta Vrsinorum Romanorum habent eos immigrasse Bohemiæ sub Weneeslao Rege , malè videtur combinasse Sansovinus eorum immigrationem cum Gentile Vrsino , qui tardius eo advenit . Nullus autem alias Rex Wenceslaus inter ejus temporis Reges invenitur præter Wenceslaum Regem quartum , igitur sub hoc censendi sunt Rosenbergij Bohemiam ingressi . Quâ verò occasione id factum sit mox aperio . Weneslaus

Balbin. Epis.
113. c. 16. f.
298.

Idem 1.3 c.
18. f. 336.

ceslaus Rex præmemoratus habuit tres sorores Borislavam, quæ fuit vxor Udalrici Ducis Carinthiæ, Annam quæ fuit vxor Henrici Ducis Silesiæ Vratislaviæ Principis, & Agnetem quæ habitum S. Claræ tunc viventis suscepit, à qua etiam plures accepit Epistolas. Ad ejus investituram seu velationem instituit Wenceslaus Rex frater magnam solennitatem Pragæ, ad quam invitavit etiam Duces affines, qui in persona comparuerunt, cum magna quisque nobilium suæ patriæ comitiva, vt ex vita B. Agnetis colligitur, quam nuper ediderunt Henschenius & Papebrochius S. I. in Actis SS. Porro & Gregorius Papa IX. ad eandem solennitatem misit (vt habent eadem Acta) Extra ordinarium Nuntium Joannem Cajetanum Cardinalem Vrsinum, qui deinde ad sumnum apicem evectus Nicolai Papæ III. nomen assumpsit. Hic ex Italia Pragam profecturus Carinthiam transiit & apud Udalricum Ducem B. Agnetis affinem divertit, fortè & cum illo suum iter Pragam prosecutis est, certè eodem tempore & anno Pragam veterque venit. Ea occasione existimo, cum recens esset ab annis circiter octoginta memoria cognationis Rosenbergiorum Carinthorum cum Vrsinis Romanis, unus vel plures in comitiva Udalrici Ducis venit in Bohemiā, quem Joannes Cardinalis vt suum propinquum commendauit Wenceslao Regi, ab humanitate & liberalitate apud historicos celebri, qui illico Vrsinos habere cœpit in pretio, eosque primariis regni muniis applicuit, vt intrâ paucos annos magni & divites inter primos regni Magnates censerentur. Hæc mihi videntur tam probabilia, vt vix putem aliter accidisse. Ac fortè hanc ipsam opinionem cum fundamentis antiquorum schediastatum roboratam habet Illustrissimus ac Reverendissimus D. Maximilianus Rudolphus Steinicus Baro Bohemus Litomericensis Episcopus, de quo Balbinus in hæc verba: *Illustrissi. & Reverendiss. Litomericensis Episcopus Baro Maximilianus Rudolphus Præsul ingenio, doctrinâ, virtute, nobilitate, aliisque Præsulum dotibus magnus, &c. putat, quamvis omnes Rosenberges ab eadem Slavica primitus descendant origine, tamen aliam propaginem Slavunici, aliam cæterorum in Bohemia Rosenium fuisse: hos enim non è Slavunico, sed ab iis Rosenibus prodiisse, qui in Styria loca pridem venerant, ibique aliquot seculis habitarant, postea paulatim ad Bohemæ limites (Crumlovium & Novam domum) adrepisse, coemptisque ditionibus confessisse.* Huic ego Illustrissimo & diligentissimo Historiae nostræ Dictatori & Præsuli sensus omnes animi mei libens substerno. Utinam, quem tanto jam tempore premit Roseum illum partum (utpote ipsemet stirpe Rosenis) effundat aliquando, atque vt Ovidius de rosea Dea Aurora canit, plena rosarum suarum atria aperiat. &c. Non contradicit hic meæ conjecturæ, quin potius firmat, quia existimo Wockonem de Rosenberg qui Altovadense Cænobium fundavit in Bohemia, fuisse unum ex primis Rosenbergijs, qui è Carinthia in Bohemiam transferunt: hic ipse vero (teste eodem Balbino) fuit anno 1262. Capitanus Styriæ, & post eum Henricus de Rosenberg Carinthus vt habent MSS. antiqua apud me, qui primus è Carinthia in Styriam lares transtulit, vt ostendam in Genesi Rosenbergica Carintha. Firmatur hæc opinio ex ipso iterum Balbino, qui adducens Genealogiam Fundatorum Altovadensis Cænobij ita incipit ex Tabula, inquit pervetusta in templo Altovadensi pendente:

*Primaæ originis Principum de Vrsinis Generosorum de Rosenberg
Fundatorum bujus loci memorie.*

*Anno Domini M. CC. LIX. dominante gloriissimo secundo Ottogaro Rege
Bohe-*

Hensch. in
Actis SS. 6.
Martij. in
vita B. Agne-
tis.

Balbin 1.2.c.
11. in Not. f.
146.

Balbin 1.3.c.
15. in Not.
fol. 285.

Bohemie super Austriam, Styriam, & Carinthiam, fundata est hæc Abbatia à Domino Wockone de Rosenberg, Mareschallo Regni Bohemie, qui cum Capitaneus esset Styriae, obiit in Gratz civitate Styriae anno Dom. M. CC. L XII. in vigilia S. Trinitatis, inde transportatus, in Monasterio quod hic construere cœperat, sepultus est. Ejus verò relicta Domina Hedwigis germana Domini- rum Bernardi & Henrici de Sonberg, cum sedisset aliquot annis in sede viduali, nupsit Domino Friderico de Stubenberg in Styria, &c. Mirum quod nulla parentum Wockonis hic mentio fiat, nec addatur cuius filius fuerit, vt apud alios in ejusmodi occasionibus observare licet: nempe Wockho hic è Carinthia primus anno 1235. migraverat in Bohemiam cum esset juvenis Wenceslao Regi commendatus, ibique lares fixerat: vt author illius Tabulae non potuerit scire de ejus parentibus: deinde cum Wenceslai filius Ottocarus Rex Austriam & Styriam occupasset, post Brunonem E- piscopum Olomucensem datus fuit Styris pro Capitaneo anno 1260. ve- lut origine Styrorum vicinus & Carinthius, quo gratior illis esset: nec pu- tem ante hunc Wockhonem alium Rosenbergum ex Vrsinis in Bohe- mia vixisse, nisi cum ipso Burianus, & Nicolaus, quos fratres illi assignat Bucelinus, & unus alterve patruelis successivè, vt in similibus casibus ac- cidere solet, qua de re videbimus infrà. Salvo proinde aliorum judicio, mea quidem sententia est Rosenbergenses in Bohemiam immigrasse un- um aut plures circa annum 1235. reliquos eorum majores, quos exhibit Genesia Bohemica apud Bucelinum, fuisse Carinthos ex propagine Roma- na.

De 4. puncto an eadem semper insignia gestaverint Vrsini hæc no- tanda veniunt. Certum est primitiva Vrsinorum Romanorum insignia fuisse Rosam: an vero illa rubro - alba segmenta ab initio etiam cum rosa usurpaverint, an posterioribus temporibus assumperint, non reperio. Eadem certè apud Ciaconium omnibus tribuuntur, etiam Rosenbergiis Bohemis, sed hi multum olim & à Romanis & ab invicem discreparunt. Appono de hoc verba Bohuslai Balbini: *Vidi in Monasterio Altovadensi (quod D. Wock de Rosis fundavit) insigne ejus cum duabus Rosis. Trebonæ Roseni quædam Insignia lapidibus & columnis insculpta clarissimè ab ijs differunt, quæ Crumlovij spectantur. In ipso Crumloviensis S. Viti templi tbo- lo & fornice in scutis depicta videbis insignia Rosenium, qui vivebant id tem- poris: Joannis scilicet de Rosenberg, Jodoci, Petri, Henrici, nullum alteris- mili: fratres tamen erant, alij unam Rosam, alij duas, alij aliquando positas pinxere, ut distinctionem quæsserent visi. Quin adeò Paprocious affirmat, ve- teres Roseni in Bohemia clypeos ante Wilhelnum de Rosis nunquam cum fluvio & Vrsis inveniri, sed ritu simplici Rosam rubram in albo campo pingi consuevisse. Multas ejusmodi varietates in Roseni stirpe suggerit antiquitas. Vetustus scriptor affirmat Budivoium & Vitkoum Henrici de Rosis filios post an- num 1200. in annulis & clypeis Leonem stantem, qui rubram rosam primori- bus pedibus sustinuerit gestasse. Wock de Rosenberg Mareschallus Regni Bohe- mie, qui Altovadense Cenobium anno 1259. fundarat, in clypeo habuit vi- rum stantem radiato capite, qui manu dextrâ ensem, quem gerebat, inclina- bat in humerum (Marescalci scilicet hæc nota fuit) in altero humero Rosa ru- bra sedebat. Ulricus de Rosis supremus Regni Bohemie Camerarius, cum in prælio quodam Gallico nobilissimum ex Proceribus Anglis ad deditiōnem compul- lisset, à Rege Gallie Philippo magnis affectus & munieribus & honoribus (quod in arce Crumloviensi pereleganter pictum videmus) ex eo tempore, vt idem Ro- sensis*

Balbin. l. 2. c.
12. in Not. f.
145.

sensis historicus narrat, clypeum ferre cœpit instar argenteæ cujusdam Turriculae (quam in templis monstrantiam appellamus) in cuius thecæ medio Rosa formosissima rubebat: quod etiam in clypeis post patrem Henricus de Rosis, & filius hujus Henrici Petrus imitari voluerint: Postea id quoque relicum, & Rosam sine ornamentis illis solam in clypeo gestatam. Hac ille, quibus addo extare Græci in domo Provinciali hodieque insignia Rosenbergica, quibus tam Woko supramemoratus, quam Henricus de Rosenberg, qui illi in Capitanatu successit, usus est. Referunt illa rosam duplicitis coloris medium scilicet rubeam, & medium albam, cum duplice item campi colore, ut campus albus partem rubeam, ruber vero partem albam rosæ contineat. Quæ diversitas etiam apud alias familias usitata fuisse noscitur. Nam Stahrenbergij, Losensteinij, Hohenbergij, & Berneckij omnes ab una radice Marchionum Styriæ trahentes originem, Pantheram gestant. Stahrenbergij medium cœruleam in campo rubeo, Losensteinij auream in campo rubeo, Hohenbergij albam in campo nigro, Berneckij nigram in albo campo ab antiquo gestarunt, ut Lazi notavit. Porro etiam ex Romanis Vrsinis, unus, quod haecenius legerim, adhibuit præter rosam in suo clypeo Vrsum Nicolans Vrsinus Comes Petiliiani, qui Venetijs apud SS. Joannem & Paulum in Dominicanorum Ecclesia sepultus est, ut in ejus tumulo etiamnum videre licet, Nostrates vero Vrsini Comites Blagayani præter rosam in uno quadro, transversaria Segmenta rubro-alba, etiam gestant Vrsum erectum coronatum, & Leonem, qui dextro pede gestat vexillum. Sed haec adjecta sunt à Bela Rege & filio ipsius Henrico seu Emerico, quando ob insignia merita Stephano Comiti de Goricha Vrsino Nicolotti filio comitatū Wodicha donavit, & simul insignia auxit an. 1200. unde licet aliqui Vrsinorū cætera velut parerga prætermiserint, omnes tamen rosam, velut primitivum, & primariū Insigne gestarunt.

De 5. puncto etiam aliqua observanda sunt. Bucelinus bis impressit Genesim Rosenbergiorum Bohemorum, à me post primam impressionem monitus de quibusdam erratis: sed plus credit transmissis sibi ex Bohemia tabulis Genealogicis, à nescio quo collectis & inter veteres scripturas, ut ait, Rosenbergiorum repertis. Pace ipsius aliqua emendo. Et quidem 1. videtur author illius Geneseos, quisquis fuerit, divinando dispossuisse primos Rosenbergios, & addidisse annos, quibus floruerunt: quia non benè cohærent, ut ex Schemate hic subiecto apparebit: nec habent ullam vel levem probationis notam.

Initium Genealogiae Rosenbergicæ Bohemæ.

Viteck I. de Rosenberg, Dominus in Rosenberg,
& Crumlau, claruit Anno 1150 vxor N.

Viteck II. Dominus in Rosenberg
claruit Anno 1222. vxor N.
Comitissa de Schwarzenburg.

Henricus de Rosenberg Dominus in
Crumlau vxor. N.

Nicolaus D. de Rosenberg. Episc. Pragensis. obit A. 1258. Woc-	Hedwig D. de Rosenberg in Ita
kho I. D. de Rosenberg Mare-	Hlobocka fundavit vetus Budwogenicum sive Budvi-
schal. regni Bohemiæ Funda-	cum, quod eirapuit Ottocarus
tor Monasterii Altovad. An.	Rex, & loco eius dedit Gyzini-
1259. obit Græci A. 1262 V.	um vx. Berchla de S. Kalitz
Hedwig Co. de Schaumberg	Viteck IV. D. Rosenbergius
Henrici filia Viteck III. D. de	superstes etiam A. Christi
Rosenb. in Przibieniz A. 1262.	1277. vx. Sibylla de N.
de vxore non confat.	Milotka D. de Rosenberg &c.
Agnes D. de Rosenberg V. N.	Capitaneus Moraviæ Otto-
Baronis de Strakoniz, obit v-	caro Regi minus fidelis in
terq; anno 1262.	prælio.
Burianus D. de Rosenberg si-	
ve Boreff. supr. Camerarius	
Bohemæ An. 1253.	

Laz. Migrat.
16. f. 223.
Sanfovin.
Geneal. Vr-
fin P. 2.

Ita disponit Bucelinus in To. III. suæ Germaniæ Genealogicæ: at verò in To. IV. quem posterius edidit, monitus à me quod inter Viteck I. & Viteck II. nimia sit annorum intercapedo 72. annorum, & quod iste Viteck II. videatur potius fuisse Carinthus quam Bohemus, ob causam infra promendam, correxit annum Viteck II. & posuit pro 1222. an. 1122. sed hic longè gravior est error, cùm parens ponatur floruisse an. 1150. & filius an. 1122. triginta octo annis ante patrem, nisi erraverit Typographus & corrector. Deinde cùm dicitur Viteck I. clarisse anno 1150. id intelligitur de medio ætatis aut aliquid suprà. Ponamus illum fuisse tunc annorum 30. & vixisse ad annum 1180. Filium Henricum natum anno 1155. problem suscepisse nonnisi 30. ætatis anno, igitur natus fuisse Viteck IV. anno 1185. quomodo ergò potuisset Viteck IV. vivere ultra annum 1277. vt superaret annum 92. Dantur quidem tales casus, sed valde rari. Verum aliundè primos duos gradus in illa Genesi Rosenbergiorum Bohemorum turbatos nec benè ordinatos adverto, & Viteck I. Viteck II. ac Henricum existimo in Carinthia natos. Jam enim supra dixi Rosenbergios è Carinthia migrasse in Bohemiam Anno 1235. Deinde idem colligo ex Matrimonio Viteck II. cui nupta fuit N. Comitissa de Schwartzenburg, Tomo IV. posteriori ponit Bucelinus Schwartzenberg ex mea divinatione, licet in Genesi Rosenbergiorum Carinthorum, vbi idemmet Viteck II. etiam collocatur, ponat rursum Schwartzenburg: sed vtrumque ego sib dubio asservi. Vidi enim literas Originales Comitum de Blagay, in quibus N. 76. Petrus Jakovich emit, quasdam possessiones quondam spectantes ad Andream de Obrantschan, inter quas etiam est dominium Schwaraczverch (ita ibi scribitur) postea ad Comites Blagayanos devolutum. Suspicio ego illud Schwaraczverch corruptum à Slavis ex Schwartzberg vel Schwartzenberg, vnde forte suam denominationem habuerint Comites de Schwartzenberg, Albertus & Meinardus, qui anno 1162. in Carniola habuerunt possessiones, ex quibus allodium Kaltenfeld eodem anno donarunt Monasterio Sittensi infrà Labacum, quamvis ex dicti Monasterij antiquis literis mihi communicatum sit nomen Schwartzenburg, in quod etiam magis inclino, quia anno 1140. reperitur etiam in fundatione Monasterij Oberburgensis in confinijs Styriæ, & Carniolæ subscriptus Meinardus Comes de Schwartzenburg. Ex hoc proinde divino ego vxorem Viteck secundi fuisse ex nostra patria, filiam aut sororem alterutrius horum Comitum de Schwartzenburg sive Alberti, sive Meinardi, ac proinde optimam esse conjecturam, quod Viteck II. vxorem duxerit in Carinthia non in Bohemia, & spectare ad Rosenbergios Carinthos non Bohemos. Præterea nomina propria ipsa primorum Rosenbergiorumvidetur suadere illos fuisse Carinthos potius quam Bohemos. Viteck enim apud Slavos, Carinthos, & Carniolos idem sonat ac Vitellus seu parvus Vitus, nomen Vitelli, etiam Romanis Vrsinis familiare fuisse ostendit Henninges, qui cum venissent in Carinthiam Slavicè appellati sunt Viteck. Sed quia forte etiam Bohemi Vitos appellant Viteck (quamvis apud Balbinum legam Witko) cum sint etiā Slavi, divino ex nomine Henricorum. Familiare enim est nobilibus illa nomina suis filiis tribuere, quib' ipsorum Principes sunt insigniti, cū ergò ab an. 1147. ad an. 1164. vt est apud Megiserum Heinrichus Dux ex Sponheimensi familia Carinthiā rexerit circa

Megis. 1.7.c.
54.

illud tempus verosimile est natos fuisse Vitello I. in Carinthia filios, quorum alterum nominavit de se Vitellum seu Viteck II. alterum à Principis sui nomine Henricum. Et hinc suspicor vterius Henricum illum Vitelli I. filium nunquam transisse in Bohemiam, sed filiorum vnum aut plures illuc transmisisse, primo genitum verò sibi cognominem Henricum apud se servasse, qui deinde cum Christiano filio Frisaci in Carinthia sepultus est. Adhac non est mirum quod nesciatur apud Bohemos quando floruerit, obierit, quam vxorem habuerit Henricus, quià non fuit inter eos, qui in Bohemiam migrarunt, licet notatum repererint fuisse fratrem Vitelli II. Ex tot itaq; argumētis & conjecturis planè rationabilibus concluso primos duos gradus in Genesi Rosenbergica Bohema spectare ad Genesim Rosenbergicā Carintham, in qua ego series generationum meliori ordine infra disponā.

Dénique & hoc observo in Genesi Rosenbergiorum Bohemorum, quam producit Bucelinus nonnullas personas tribui Bohemis Rosenbergijs, quæ deberentur vel Vrsinis Blagayanis, vel Rosenbergijs Carinthiis. Sic Eva quam Bucelinus ponit filiam Jodoci III. de Rosenberg Bohemi, natam an. 1517. & nuptam 1. Nicolao Comiti Zrinio 2. Paulo Comiti de Calsfoldo, fuit, vt ego coniicio, Vrsina Blagayana, adeoq; author illius Genesēos invenerit alicubi notatum quod Nicolaus Zrinus duxerit Eam Vrsinā, crediderit nuspiciam alibi reperiiri eo tempore Vrsinos, quam in Bohemia, Eam proinde hanc illis adscriperit. Sed quod fuerit Blagayana vtrumq; matrimonium Suadet. Cur enim Zrinus Nicolaus, qui Sigethi occubuit, procul extra patriam, quam forte nunquam exivit, vxorē sibi quereret, cum in patria æque nobilem nancisci posset? Vicina erant bona Comitum Vrsinorum de Blagay, Frangepanum, & Zriniorum in Croatia & Slavonia, verosimile igitur est à Nicolao ductā Vrsinam Blagayanam potius quam Rosenbergiam Bohemam, præsertim cum ad secundas nuptias ipsa transfierit cum alio vicino Foro-juliensi Paulo de Straßoldo, non ut Bucelinus habet Calsfoldo. Deinde Elisabetha Rosenbergia vxor Henrici Comitis ab Hardeckh videtur fuisse Styra non Bohema, quià circā an. 1490. ducta, quo in Styria floruerunt Rosenbergii Styri nunc Carinthi, & ipse Henricus ab Hardeck tunc nominatus Prüeschchenck Styrus fuit, & nonnisi post annum 1500. in Austriam transit. Eadem ratio est de Anna filia (vt ponit Bucelinus) Udalrici I. Rosenbergij Bohemi vxore Hugonis Comitis de Montfort, qui tunc id est circa annum 1400. in Styria castrum Pfanberg possidebat. Taceo de pluribus alijs, quib's immorari non libet.

Balbin. in E.
pit. sup. cit.
l. 2 c. 12. in
Notis f. 144.

Vnum adhuc pro confirmatione dictorum adfero ex Balbino, qui fatetur Rosenbergiorum cognomen non reperiiri in Bohemia nisi paulo ante annum 1200. ait enim : *In literis vetustis Principum Regumque nostrorum, quibus subscripti sunt Proceres ad usque 1100. qui Rosas gestarunt Vitigones appellantur, aliter nunquam; ab anno 1260. ijdem proceres Vitkoue dicuntur; Domini de Straz, de Novadomo, de Rosis, paulò ante annum 1200. Landsteinij sub annum 1230. cæteri Sezimæ Przibenicij (seu de Przibenicz) & de Caufnik Anno 1260. Welbarticij post annum 1300.* Hoc ipsum pro nobis facit, quod appellatio Dominorum de Rosis paulò ante Annum 1200. exordium habuerit, & ex hoc arguimus Rosenbergios ante illum annum imò ante 1235. non venisse in Bohemiam. Qui verò antea nuncupati sunt Vitigones & Rosas gestarunt in clypeo, quod fuerint Rosenbergiorum maiores probandum esset. Non enim sufficit dicere, dum ante reperiuntur nomina Vitigonum, & inter Rosenbergios circa an.

1200. reperiuntur duo vel tres appellati Viteck, ergò Rosenbergij sunt orti ex Vitigonibus; non benè sequitur, quia plures aliae familiae habuerunt inter suos aliquos Vitkones vel Witkones: & cum ipse fateatur apud Bohemos Vitum fuisse nomen Idoli, pari argumento posset dici Vitigones ortos ab **Idolo**. Neque etiam illud mihi persuadere possum, omnes illas familias, quae paulò ante sunt nominatae, de Straz, de Novadomo, Landsteinij, Sezimæ, Przibenicij, Chaustrnik fuisse ejusdem stirpis & originis, eo quod rosas gestent in clypeis, licet diversorum colorum: hac quippe ratione etiam Ebersteinij Comites forent Vrsini, & quidem potiori jure, cum gestent rosam pentaphyllam; eodem modo Törring, Rechlingerij, & alij qui rosas habent in clypeo. Cæterum de aliis sollicitus non sum: de Rosenbergiis adhuc præterea dubito an aliquis eorum in literis Bohemorū Principum ante an. 1230. reperiatur subscriptus: & si forte reperitur, dicam eum fuisse Carinthiam, eo forte missum à Duce Carinthiæ, & eâ occasione signasse litteras: non fuisse verò Bohemum, quia ante 1235. nullus Rosenbergius Vrsinæ familiae in Bohemia sedem fixit. Est præterea quod hic observem. Si ab an. 1260. vt afferit Balbinus, proceres illi, qui antiquitus vocabantur Vitigones, appellati sunt Vitgone sine addito de rosis vel de Rosenberg, sequitur manifestè Rosenbergios fuisse diversæ familiae à Vitigonibus, ut potè qui jam circa annum 1200. nominabantur de rosis vel Rosenbergij, adeoque debuissent etiam Vitigones illi seu Vitgove post an. 1260. appellari Rosenbergij, vel certè ipsi Rosenbergij Vitgove de Rosenberg, quo tam nomine appellati vel subscripti non inveniuntur. Quodsi autem verum est reperiri in literis Principum & Regum vel etiam inferiorum nobilium Bohemorum subscripti Vrsini cum prædicato de Rosenberg, ante an. 1200. dicendum erit illos ante 1235. venisse in Bohemiam aliquâ aliâ occasione, quam nos dixerimus: & quidem circa eadem tempora circa quæ ex Carniola, quæ tunc erat pars Carinthiæ, nostri Vrsini Blagayani migrarunt in Slavoniam: aut (vt paulò ante insinuatum) illi subscripti Rosenbergij non fuerunt Bohemi, sed peregrè ex Carinthia transeunter advenæ, cum certum sit Rosenbergium nomen ante annum 1200. in Carinthia aisse celebre, vti jam diximus & adhuc dicemus, non constat autem id de Bohemia. Denique Vitigo est nomen proprium multis communis familiae, etiam in nostra Carniola olim usurpatum. Sic nominatur Vitigo de Castronovo in literis Freydenthalensis Cartusiæ anno 1320. & 1321. quem non credo fuisse Rosenbergium, cur ergò credam Rosenbergios Bohemos ortum habere ex Vitigonibus Bohemis, qui circa annum 900. Christi reperiuntur notati in literis, quo tempore siebant subscriptiones solum nominum propiorum, non autem cognominum & prædicatorum, vti alibi ostendo. Maneat ergò Rosenbergios Bohemos è Romanis Vrsinis ortos, in Carinthia primo pedem firmasse, inde sive ante annum 1200. sive (quod probabilius reor) anno 1235. è Carinthia in Bohemiam digressos, post ea tempora magnis adhibitos officiis, quod Wenceslaus Rex favori Joannis Cardinalis Cajetani Vrsini dederit, successores vero gratiæ Nicolai Papæ III. Vrsinorum Rosenbergiorum cognati. Id videmus quotidie Principes agere vt in gratiam aliorum magnorum Principum promoveant, quos sibi subditos noverint illis esse cognatos.

Denique author Arboris Rosenbergicæ Bohemæ Balbinus fatetur non esse omnino certam suam dispositionem, vnde ait: Insinuandum est primò. *Hanc Tabulam et si summâ diligentia per me confectam, non esse tamen*

tamen absolutam, meq; id ingenuè confiteri. Invenio subscriptos vetusstis Principum Bohemæ literis Vitkones Dapiferos, Ulricos, Henricos Vitigones, Vitiginem juniores, seniores, Borssonem, Nicolaum, pluresque alios, qui stirpe nondum divisa ad Novodomensem potius Vrsinorum lineam, quam ad Rosenbergiam mibi spectare videntur. Sed hi in Genealogiam redigi non possunt, quia cuius filij aut patres fuerint, ex nulla historia colligi potest. Quero an isti ante annum 1200 literis subscripti inveniantur, vel post: si ante hunc annum & sine cognomento de Rosenberg, dico fuisse alterius planè familiæ, licet in clypeis Rosas gestaverint. Etenim omnes illos quibus rosa cujuscunq; coloris, formæ, aut numeri placuerunt, cogere in vnam familiam, est quid nimis violentum, & peritis Genealogiarum instar arbitriæ inventionis.

§. III.

*Familia Vrsina Rosenbergica Carinthia,
& Styriaca.*

STUDIUM Genealogicum quod nostrâ ætate multa exercet ingenia laboribus sive assueta, sive addicta (ingentes quippe requirit labores) multa è tenebris eruit, quæ diu latuerunt, adeo ut apud sciolos, qui quod ipsi nesciunt, alios etiam non posse scire arbitrantur, stuporem & admirationem pariant; nempe ignorantia filia est admiratio: sed qui prudentiae libellâ ponderant, quæ legunt, facile in asserta scriptorum consentiunt. Hactenus ignoratum est longo tempore, quod Rosenbergica Carinthia familia, quæ hodie felicissimè floret in duobus omni heroicarum virtutum ornamento conspicuis fratribus, eandem habeat originem cum Rosenbergiis Bohemis; mihi tamen post revisa nonnulla vetusta chartophylacia illicò subiit opinari non posse diversas familias esse, quarum idem nomen eadem insignia, eadem patria. Factâ deinde inquisitione in plura documenta, & rebus inter se combinatis, mihi met omne dubium suffuli, & vt porro etiam alijs id tollam, publici juris facio, quod privatim à longo tempore sensi. Et quia superiore paragrapho multa adduxi, quæ hoc facerent, pauca adjungo.

Primo extant originalia & certa documenta ab anno Christi 200. & deinceps usque ad præsens tempus, quibus clarè ostenditur Rosenbergiam nobilissimam familiam primò in Carinthia, deinde in Styria & Carniola, ac demum iterum in Carinthia (vti defacto) floruisse sub hoc ipso nomine de Rosenberg, cum illis ipsis insignibus primarijs, quibus olim usi sunt Vrsini Romani, & nunc utuntur; nempe rosa pentaphylla, qualis apud Ciaconium editionis primæ anno 1600. & secundæ anno 1624. cum additionibus Victorelli, & recenti cum additionibus Oldoini anno 1678. in omnium Vrsinorum Cardinalium insignibus efformatur. Id manifestè ostendit lapis sepulchralis rubei marmoris Frisaci adhuc extans ab an. 1230. & plura Sigilla ante ducentos annos literis appensa, quæ in meis habui manibus, & ab Illusterrima familia conservantur: quæ sanè convincunt Rosenbergios Carinthos ejusdem prorsus stirpis esse cuius fuerint Rosenbergi Bohemi, & ante annum 1200. hoc prædicato fuisse usos: quia Henricus parens Christiani de Rosenberg anno 1230. defuncti supponitur prius ante defunctus, ergo usus hoc prædicato circa annum 1200. vel etiam ante ipsius maiores.

Secundo, certum est Rosenbergios Bohemos orum habere à Rosenbergijs Carinthia, vti supra ostensum quia in Bohemiam non venerunt ante Wenceslaum Regem: atverò in Carinthia illos antea floruisse vel lapis sepulchralis Frisacensis loquitur cuius effigiem hic libet exhibere.

Sed ne quis Zoilus putet hunc Christianum, & ejus parentem fuisse ex Rosenbergijs Bohemis, & hoc officij alicuius causa venisse sicuti postea anno 1260. venit ex Bohemia Wocko de Rosenberg, qui egit Capitaneum Styriae, sciendum est nulli Bohemo patuisse aditum ad officia publica in Styria ante annum 1246. quo occisus est Fridericus ultimus Dux Austriae de stirpe S. Leopoldi Babenberghica. Post ejus cædem Ottocarus Rex Bohemiae occupavit Austriae & Styriam, vti expressè habet MS. Chronicon Viennense his verbis: *Fridericus Dux Austriae & Styriae interfecitus est in pælio 16. Junij. Octava die mator sua Theodora Ducissa Austriae obiit. Rex Bohemiae misit filium suum in Austriaem (Vladislauum) hic duxit Gertrudem filiam Ducis Henrici de Medlico in uxorem.* Sed Vladislao sequenti anno mortuo, Fridericus Imperator Austriae ut membrum Imperij cum Styria & Carniola, recipere conatus, Austriae Ducem Bavariae, Styriae Meinhardum Comitem Goritiæ Capitaneos dedit anno 1247. Ipso quoque Imperatore anno 1248. defuncto, Marchio Badensis Hermannus duxa uxore filia Henrici Austriaci Austriae ingressus priusquam occuparet dominia fatis concessit anno 1250. Styri offerebant Ducatum Marchioni

MS. Chron.
Vien.

MS. alt. Mar.
tin. Thom.
Ebendorff.
in historic.
Austr. MS.

Missniæ, qui Friderici Duci occisi affinis erat : mox etiam Ducem Bavariæ advocabant. Sed prævertit Ottocarus Bohemiæ Rex, qui ducta vxore Margareta Austriaca dum violentâ manu Austriam aggreditur, Vngariæ Rex ei resistit per biennium, ac tandem cum eo transfigit, relinquendo Austriam Ottocaro, sibi Styriam servat, eique præficit Capitaneum Stephanum Comitem de Wodicha Banum Slavonjæ ex Vrsinis, dictum vulgo propter residentiam, Comitem Zagrabensem anno 1254. qui cum Styris non placeret successorem habuit anno 1255. Cadoldum de Lindau, & mox anno 1256. Henricum Mortfortium de Pfanberg, ab Ottocaro possum, cum iterum Styriam recepisset. Hoc post annum mortuo succedit Ulricus Comes de Pleyen, & anno 1259. Styris Capitaneum dedit idem Ottocarus Brunonem Episcopum Olomucensem, cui cum recusarent parere Styri, suffecit anno 1260. Wockhonem de Rosenberg. Atque ita apparet cum Ottocarus ante annum 1258. non adierit possessionem pacificam Styriæ, nullos Bohemos ad publica munia exhibitos, vt inter eos aliquis Rosenbergius etiam in Styriam mitteretur: consequenter illi Rosenbergij qui in Carinthia illis temporibus vixerunt, ac sepulti sunt, non fuerunt Bohemi, sed Carinthi.

Tertiò. Ex suppositione hactenus probatâ quod Rosenbergij non venerint in Bohemiam ante Wenceslaum IV. Regem, sive ante annum 1235. manifestè sequitur illos, qui ponuntur à Bucelino in Bohemo-Rosenbergica Genesi initio in duobus primis gradibus non fuisse natos Bohemos, ac proinde discernendos esse ab invicem. Vnde Viteck I. qui flouruit anno 1150. censendus est fuisse vel Romanus, vel Carinthus, nec unquam vidisse Bohemiam. Ex filiis ejus Viteck II. & Henricus, verosimile est etiam vtrumque in Carinthia vixisse & illic obiisse, quia non potest illorum ætas extendi ylrä annum 1222. nec fortè tam procul. Ergo ex nepotibus Vitelli primi tam ex Viteck II. quam ex Henrico unus, vel plures quod probabilius est, transferunt in Bohemiam eâ occasione quam supra suggestimus. Putem ego in Genesi, quam Bucelinus producit, Bohemorum Rosenbergiorum inter Vitellum, II. & quos ipse illi filios attribuit interponendum esse unum alium Vitellum, adeoque istum nominari debere Viteck III. qui adhuc in Carinthia existens ducta vxore suscepit unum vel alterum ex filiis, quos in Bohemiam vel secuū duxit, vel transmisit, remanentibus in Carinthia Henrici patrui filijs Henrico II. & Christiano. Atque ita Viteck IV. Wockho I. Burianus & Nicolaus, filij Viteck II. aut potius (juxtâ meam designationem) tertij hujus nominis, omnes (fortè tunc patre jam defuncto) vel soli, vel cum parte si supervixit anno 1235. migrassent in Bohemiam. Quibus accesserunt ex Henrici I. filiis Budivoy, & Milota, qui accepto nomine à magno patruo Nicolotto Vrsino à Slavis Carinthiis dictus Mikulot, dein corrupte à Bohemis Milota. Nam Slavi nostrates, Nicolaos appellant Mikula, & Mikulot: quæ omnia clarius ex ordinatione Genesios infrâ elucescent. Cæterum omnes hos tunc juvenes, ac penè adolescentes fuisse arguitur, quia nonnisi 30. annis post migrationem publicis munijs exhibiti narrantur: quamvis Burianum & Wockhonem in Bohemia natos putem si Viteck III. eorum parens simul cum filiis eo transiit, quia hæc nomina sunt planè Bohemica. Et quia etiam Budivoy peregrinum est apud nostrates, videtur etiam ille fuisse filius Vitelli III. & non Henrici. Nihilominus forte illo tempore etiam nostris Slavis placuerunt talia nomina, cum hodie que

